

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes






S  
A  
A  
Léonard



M· T· CICE  
RONIS LIBRI  
T R E S  
D E  
O F F I C I I S ·

Item, De Amicitia : De Senectute : Paradoxa;  
&, De Somnio Scipionis : cum D. Erasmi,  
Philippi Mel, ac Barptolemæi Latomi anno=  
tationibus.  
Quibus acceſſit Græca Theodori Gaze in lib. de Se  
nectute, & Somnium Scipionis traductio.



Lugduni apud Gryphium, 1536.



# ERASMVS

ROTERODAMVS ORNATVS

tissimo Iacobo Tutori, inclita  
ciuitatis Antuerpiensis

Pensionario

S. D.



VE MADMODVM qui  
sunt à scorpijs icli, solent ab ijs= dem remedium petere, ita mibi conuenire uidetur, Iacobe Iuriscon= sultorum eruditissime, ut qui lite= ris sumus addicti, animi laſitudi= nem, aut corporis affectionem è studijs grauioribus contractam, ab ijsdem studijs, sed amœnioribus recreemus. Etenim qui uerè studiosi sunt, per omnem uitam nihil aliud agunt, quandiu licet illis suo arbitratu uitæ cursum moderari: nec tam inter= mittunt studia, quam remittunt, & relaxant aliquo= ties ingenium: cessant nunquam, otiantur interdum, sed interim agentes aliquid. Feriantur aliquando, sed sic, ut otij rationem pulchre queant reddere. Et si li= bet, cessant etiam nonnunquam, sed ut horum cessatio plus adserat bona frugis, quam quorundam negotiosissi= simæ occupationes. Sic nimirū fortis, & gnaus mi= les (conferam enim exemplum similius) dum in æſtia= uis, aut hybernis agit, aut dum inducie præstant ut ne= cessē non sit in acie stare, aut excubare sub pellibus, tæ= men

## AD IACOB. T V T. P R A E F A T.

men ita lusibus relaxat animum, ac uires reficit, ut lusus ipsi militiam sapiant. Pugnat ad palum, iaculatur ad scutum, torquet fundam, uibrat hastam, decertat palestra, concurrit lanceis, torrentem natatu transmitit, armatus in equum infilit: deniq; sic feriatur à belli munijs, ut ad ea redeat uegetior. Aliter ludit geneo, aliter egregius princeps. Aliter scurra iocatur, aliter uir probus, & integer. Ad hoc igitur exemplū cùm nuper ualetudo flagaret ut ingenij, corporisq; uires diutinis, atque immodicis studiorum laboribus fatigatas instaurare, sarciremq; relictio Louanio per aliquot Brabantie, Flandriæq; oppida circumiectus sum, quò simul & à libris aliquantis per abesse, ex amiculorum eruditorum conspectu, fabulisq; memet oblectarem. Neque sic tamē abesse potui ab adamata bibliotheca mea, quin unum aut alterum libellum, itineris comitem circumferrem, ut si quando forte in uehiculo non contigisset congerro sat commodus, nō deesset tamen, cuius colloquio temporis tedium fallerem. In his erant Officia Ciceronis, Lelius, & Cato, una cum Stoicorum Paradoxis. Invitrat autem uoluminis exiguitas, haud multum additura sarcinulae ponderis. Ex huius lectione, mihi Tutor, geminum fructum cepi: primum enim pristinæ cōsuetudinis nostræ, qua nihil esse potuit mellitiis, memoriam sic mihi renouauit, ut incredibile animo persenserim uoluptatem. Deinde sic me totum inflammavit ad honesti, uirtutisq; studium, ut iampridem nihil tale senserim nostrates quosdam neotericos legens, qui Christiani Christianæ philosophiae mysteria profitentur, & ijsdem de rebus, magna, ut nobis uidetur subtilitate differ-

ERASMI ROTERO D.

rūt, sed æquè frigide. Ego quid alijs accidat nescio, mibi  
quid acciderit ingenuè fateor, siue id illorū uitio fit, siue  
meo. Sic subinde mecum inter legendum cogitabā. Hac-  
cine ethnicus scribit ethnicis prophanus prophanis? At  
in preceptis uiuendi quanta æquitas, quanta sanctimo-  
nia, quanta sinceritas, quāta ueritas, quām omnia cōsen-  
tanē naturæ, quām nihil fucatū, aut somnolentū. Quem  
animum exigit ab his, qui gerunt rem publicam: ut admī-  
rabilem illam, ex amabile uirtutis speciem ponit ob ocu-  
los: quam multa, quam sancte, imò quām diuinitus tradit,  
de gratis etiam iuuandis omnibus, de tuenda amicitia, de  
immortalitate animorū, de contemptu earum rerum, qua-  
rum gratia uulgas hodie, non dicam Christianorum, sed  
10 Thelogorum etiam, ac monachorum nihil non ex facit,  
Ex patitur. Pudebat interim nostrorum morum, qui sa-  
cris libris edocti, qui tantis ex exemplis, ex præmijs pro-  
uocati doctrinam Euangelicam profitemur, nec præfā-  
mus. Describe nostris Satrapis talem principem, aut ma-  
gistratum, qualem describit Cicero, dispeream ni cū sua  
imagine ut delirus ridebitur. Quis nunc rempu. nisi spe  
lucri, aut honoris gratia capebit? Quis non ita gerit, ut  
quæstum facere uideatur, ut hostem agat eorum, quibus  
debuerat etiam uitæ suæ dispendio consulere? Vbi repe-  
rias inter Christianos par amicorum ad hanç imaginem,  
quam proponit M. Tullius? Vbi senes, qui tam infracto  
animo ferant ætatis incommoda? Vbi tam sancta senum  
cum iuuenibus colloquia? Nunquām antehac magis ex-  
pertus sum uerū esse, quod scribit Augustinus, ex ethnico  
rum benefactis acriores addi stimulos ad uirtutem, quām  
nostra

**AD IACOB. T V T. P R A E F A T.**

nostrarium, cùm subit animo quām turpe sit nō ea per+  
spicere pectus Euangelica luce illustratum, quod per spē+  
ctum est ijs, quibus sola naturæ scimilla pralucebat: non  
præstare nos, qui sub Christi uexillis militamus pietati,  
qui stipendium immortalitatis ab eodē expectamus, quod  
præstiterunt ij, qui nihil hominis à rogo superesse aut su=+  
spicati sunt, aut planè crediderunt. Et postea non desunt  
Craſi quidam, qui studiosos ab huiusmodi libris deter=+  
reant, ceu poëticis, ut uocant, & ad morum integritatent  
officentibus. Ego uero dignos censens, quos & omni=+  
bus in ludis prælegant adolescentiæ literatores, & sibi  
legant, relegantq; senes, quos olim emaculatos tibi di=+  
caui, nunc denuo dico, non solū purgatores, uerū  
etiam auſtario cumulatos. Siquidem adiecimus libellum  
de amicitia, alterum de senectute, tertium de paradoxis:  
atq; in omnes annotatunculas quasdam, breues quident  
illas, sed, ni fallor, haudquaquam incommodas: in quibus  
hoc potissimum agimus, ut quorundam morosam in dia=+  
cendo superstitionem retundamus, qui ad singulas penè  
uoces reclamitant, Non est Latinum: nō reperitur apud  
probos scriptores. Ad hæc mendas aliquot prodidimus,  
antehac à nemine, quod sciam, animaduersas. Superest,  
ut quemadnodum mili in hoc labore uersanti, Tutor  
semper ob oculos uersabatur, itatibi cū hæc leges, Eras=+  
mus in mentem ueniat, tui cum primis & amans, & stu=+  
diosus. Bene uale. Louanijs, quarto Idus Septembres.

A N N O   M.   D.   X I X.

4. 3

Voces:

VOCES ALIQVOT  
ANNOTATAE EX OFFI=

cis M. Tullij, per Erasnum Rotero=

damum. Ex præfatione.

- 1  Omnis est omniū philosophorum.) Cum dicamus , hoc mihi cū illo cōmune est. Cōmune tamē omniū dicitur, potius quām omnibus. Etiā si in eodem hoc libro scripsit, Multa enim ciuib⁹ inter se cōmunia, nec reciproc⁹ seruata proprietate, si modō locus mendo uacat.  
2 Hic si sibi ipse consentiat.) Consentit sibi , qui constat sibi, suiq; similis est. Vtrūq; recte dicimus, Consentit illi, & consentit cum illo.

Ex primo libro annotationes.

- 3 Auemus aliquid audire.) Auere pro cupere, uides ex oratoribus usurpatum.

- 4 Perspicientia ueri.) Hoc annotauī quod rarius est. perspicientia sicut intelligentia.

- 5 Hisq; temere assentiamur.) Assentimus homini , cui credimus: & assentimur rebus, quas credimus , ut liquet ex hoc loco.

- 6 Qua societas hominū inter ipsos.) Ipse p̄onomē proximum est naturae reciprocōrū : ideoq; hoc loco ponitur ubi uera reciprocatio nō est, sed quiddā illi simillimum.

- 7 Vel benignitatem.) Hic palam docet M. Tullius benignitatem non significare mansuetudinem, quemadmodum uulgas putat, sed beneficentiam, ac liberalitatem.

- 8 Iustum dicit, nō tantū qui suum cuiq; reddit, uerū etiā probum

IN. I. LIB. DE OFFIC.

- probum, omniq; uirtute præditum, more Hebræorum:  
9 Occupatio.) Qua rem uacuam usurpamus primū.  
10 Conditione.) Pro, conuentione.  
11 Ad usum hominum omnium creari.) Creari dixit,  
pro parari, Græcis οὐσίᾳ.  
12 Ipsi inter se, alijs alijs prodeſſe poſſint.) Quod Græ-  
ci dicunt ἀμέλεια, hic uertit, alijs alijs.  
13 Tam est in uitio, quam si parentes.) Vulgatum eſt,  
In culpa, in criminē, in causa, in mora eſſe. Inusitatius au-  
tem in uitio eſſe, pro eo quod est peccare.  
14 Expetuntur autem diuitiæ.) Expetimus res egre-  
gias, aut ut egregias: Appetimus ad quæ ferimur afflitis  
magis, quam iudicio.  
15 Cum hoste pactæ induciae.) Ut homo paetus dici-  
tur, cui promissum eſt aliquid: ita res pacta dicitur, quæ  
pacto promissa eſt.  
16 Nationes bello deuictas in fidem cepiſſem.) Dedo  
me tuæ fidei. Do me in fidem tuam, & capio te in fidem.  
17 Cum de captiuis commutandis Romanam missus eſſet.)  
Nouē dixit, Missus eſt de hac re, pro eo, quod erat, mis-  
sus eſt, ut ageret de captiuis commutandis.  
18 Sed cum ijs, in quibus non præclarè agitur, ſed ſunt  
ſimulachra uirtutis.) Coniūcio ſic legēdum: Sed cum hijs,  
quibus præclarè agitur, ſi in ſunt ſimulachra uirtutis.  
19 Ut enim ab illa diſcedatur infinite.) Infinitas pro  
immenſitas, uox eſt non admodum frequens.  
20 Interius etiā eſt.) Pro cōiunctiū, ſiue magis affine.  
21 Post consobrinorū, ſobrinorūq;.) Videtur appellare  
patruelēs consobrinos, ſobrinos duarum fororum filios.

a 4 Sed

ANNOT. ERAS. ROT.

- 22 Sed omnes omnium charitates.) Rarum est charitates numero multitudinis.
- 23 Quo est detestabilior istorum immanitas.) Pro eo que est detestabilior.
- 24 Principes sint patria et parentes.) Principes dixit primi loci, quemadmodum et principem uitae diem dicimus.
- 25 Quocirca nemo.) Quocirca pro quamobrem, siue id circa. Id annotavi, quod multi uident hoc uerbi seu parum Latinum. Viuitur hac uoce et inferius aliquantum.
- 26 In hac elatione, et magnitudine animi.) Elatio dixit etiam in bonam partem.
- 27 Existuntque in repub.) Existunt pro oriuntur, iam et ante dixit.
- 28 Largitores et factiosi.) Ut largitio in malum sonat, ita largitor, hoc sane loco. Et tunc largitor inusitata vox est.
- 29 Quod maximè natura sequitur.) Sequi dicitur, qui expetit: asequi, qui obtinet.
- 30 Qui errore imperita multitudinis pendet.) Pendet hinc, et pendet ex hac re. Horat. dixit, De te pendentis. etiam si nonnulli codices habent, de errore.
- 31 Hic in magnis uiris non est habendus.) Pro, in numero magnorum, Graeco more, ne quis hoc reprehendat alibi lectum.
- 32 Non est autem consentaneum.) Pro eo quod est, non est probabile.  
Siue pugnat, neque; cohæret et.
- 33 Parum enim sunt foris arma.) Parum dixit pro non satis sunt, siue non sufficient. In nonnullis, pro parum, scriptum erat parua. Vide num recte legatur, Parui.

Et haec

## IN I. LIB. DE OFFIC.

- 34 Et hæreditas huius gloriæ.) Hæreditas hominis dicitur, qui succedit: & rei dicitur hæreditas, in cuius possessionem succedit: Ut hæreditas regni dei.
- 35 Hæc sunt opera magni animi.) Quod Græci ἔργα, hic uerit opera. Nos frequenter dicimus facta, quam opera.
- 36 Periculosa, & callida consilia.) Ut & Græci, facinus audax θεραπεῖς uocant.
- 37 Nunquam omnino periculi fuga committendum.) Committere pro facere, sed in malam partem.
- 38 In discrimen uocantur.) qui ueniunt in periculum.
- 39 De gloria uocantur in discrimen.) qui glorie causa periclitantur: quod ut nouè dictum annotare uisum est.
- 40 Vnū ut utilitatem.) Ὡς Greco more dixit, neq; tamē non Latine, quanquam usitatus est, alterum & alterum.
- 41 Honorumq; contentio.) Nouè dixit, contentionem honorum, contentionē susceptam honorum gratia. Nam honores uocat magistratus.
- 42 Similiter eos facere.) Nouè similiter aduerbio subdit, ut si nautæ inter se certaret, perinde atq; usitatus est.
- 43 Ad uoluntatem nostram fluentibus.) ἐξίσωρον. Et hoc à Græcis sumpfit. Sumpta metaphora ab astu maris, aut fluminis, uentisq;. In nonnullis reperi scriptum, ad uoluptatem: sed mendoza, ni fallor: etiam Græci dicunt ηγὸς οὐδὲν.
- 44 Nec adulari nos sinamus.) Videtur pauciū dixisse adulari, pro adulatione deleniri.
- 45 Cum antegressa est honestas.) Id est, cum præcessit. Nouè dixit Cicero, quod fortasse Græcus diceret ηγόκατι, siue προνηῆς.

a 5      *Etiām*

ANNOT. ERAS. ROT.

- 46 Etiam uitiosis quid conueniat.) Vitiosos dicit im= probos, secus quam mācipium, equum, aut donum uitio= sum dicimus. Ne hoc quidem admodum frequens.
- 47 Ajax quo animo traditur.) Hanc sermonis formam satis annotauit Valla.
- 48 Quatenus sermo delectationem habeat.) Quatenus pro inquantum, & quemadmodum.
- 49 In domum multiplicatam.) Multiplicatam dixit pro auctam. Nam quod proximarum aedium solum fuit, edi= bus adiunxerat Scaurus.
- 50 Et ut in cæteris est habenda ratio, non sua solum, sed aliorum. ) Opinor pro sua, legendum sui. Et ratio reciproci pronominis seruabitur, si subaudiens habenda homini.
- 51 Aliter domus ampla dedecori domino s̄epe fit.) Pla= nè aliter usurpauit pro alioqui.
- 52 Ne extra modum prodeas. ) Id est, ne modum ex= cedas.
- 53 Inhumanus videatur inscitia temporis.) Frequētius inscitia dicitur eius, qui insciens est. Hic nouē ad rem re= fertur, pro ignoratione.
- 54 Animaduersores uitiorum.) Qui obseruant uitia. Nouē dixit.
- 55 Cum omnis honestas manet à partibus quatuor.) Manet dixit, pro proficiuntur, pro quo Horatius dixit: defluat, Multaq; merces unde potest tibi defluat aequo Ab Ioue.
- 56 Consociatio hominum.) Pro coniunctione.

Annot.

## ANNOTATIONES ALIQVOT

Sermonum ac uocum in secundum  
librum de Officijs.

- 1 **Q**uemadmodum.) Pro quo pacto, secus positum est, quām cū dicimus, quemadmodum diues est, ita potens.
- 2 Ducerentur.) Venustius dicitur alicunde, quod inde profiscitur.
- 3 Sequitur.) Tritius est, superest, restat, reliquum est, consequens est, ut de officio dicamus. Minus autem usitatum est, sequitur, in eodem sensu.
- 4 Maximè util.) Cicero uidetur uitasse superlatuum huius nominis, utilissimum, siue utilissimum.
- 5 Nec me angoribus dedi.) Dat se uoluptatibus, aut dolori, qui non repugnat, sed sese permittit.
- 6 Ad philosophiam retulisse.) Ut aliquò se confert, qui profiscitur, ita se refert, qui redit, et repetit quod ante reliquerat.
- 7 Multū adolescēs.) Nouitate uenusta nomini substanzio addi solet aduerbiū epítaseos, Admodū adolescens, admodū puer, aut puella. Ne parum sis leno, nimīu mater es. Sed hoc loco multū referendū est ad genitium temporis, interiectis in medio dictiōnibus nonnullis.
- 8 Amicorum, et reipub. temporis.) Nouē dixit tempus amicorum, et reipub. pro tempore, quod amicorum, et reipub. negotijs impendebatur.
- 9 Requies curarū.) Ut animi requies dicitur, ita et curarum requie dixit, cū à curis quiescit. Quasi dicas, ocium mentis, et ocium studiorū, cū à studijs ceſſatur.

Aliquid

ANNOT. ERAS. ROT.

- 10 Aliquid acquirit. ) Acquirere nō est simpliciter ali-  
quid nancisci, sed adiūgere potius his, quae iā parta sunt.  
11 Nos autem ut ceteri. ) Ordo sermonis perturbatior  
est, & obscurus amphibologia. Sic ordinari potest: Nos  
dissentientes ab his, nempe Stoicis, qui alia dicunt esse  
certa, alia incerta, sicut & ceteri Academicci dissentiant,  
dicimus alia probabilia: alia improbabilia. Et mox con-  
trà posuit, pro uero, siue rursus.  
12 Quod me impedit. ) Vetat me loqui, usitatè dici-  
mus: obstat mihi loqui, non ausim dicere. Cum autem im-  
pedire nihil aliud sit, quam impedimento esse: nouè dixit  
Cicero, impedit me sequi. Mollius, & tritius est, impe-  
dit quò minus sequar.  
13 Causarum esset facta cōtentio. ) Contentionem dixit,  
pro comparatione, siue collatione. Sic numero 48. libro  
secundo, Si ea res in contentionem ueniat.  
14 Cōstitueret honestū. ) Cōstitueret dixit, pro poneret.  
15 Ad eam speciem traducenda. ) Traducere dixit, pro  
in diuersam partem ducere, siue transferre: quod uerbum  
in hoc quidem sensu est usitatus.  
16 Principes inueniendi fuerunt. ) Principes dixit pri-  
mos, sed nouè addidit gerundiū inueniendi, sentiens pri-  
mos inuentores.  
17 Conspiratione hominum. ) Conspirationem usurpa-  
uit in bonam partem.  
18 Nulla tā detestabilis. ) Videbatur posci, ut: sed quoniā  
quæ nō, resolutur in, ut ea non, subiecit quæ, pro, ut ea.  
19 Artibus tribuuntur operosis. ) Operosis dictum vide-  
tur ab opera, nō ab opere. Operosum dicitur, quod mul-  
to

## IN II. LIB. DE OFFIC.

- to opere, multoq; negotio constat. Hic operosas dixit,  
quod operis, non animi viribus exerceantur.
- 20 Quibus cum congregamur.) Congregamur dictum  
est pro, consuetudinem habemus, et idcirco addidit, cum  
quibus, ut dicimus, mecum habet consuetudinem.
- 21 Siquid importetur nobis.) Importetur incommo-  
dum: noue dixit, pro inferatur.
- 22 Cum reflauit.) Reflare fortunam dixit, cum est ad-  
uersa: quemadmodum resistit, qui ex aduerso obstat; et  
repugnat, qui ex aduerso pugnat.
- 23 Aut spe sibi id utile futurum.) Noue nomini addidit  
uerbum. Quis enim ausit ita loqui, nemio hic spe, te mecum  
iturum ad coenam? Mollius tam est, cum additur, ducitur  
spe, ductus spe. Nam spes est, pro spero, satis usitatum.
- 24 Vel ad perpetuitatem.) Cum perpetuum ferè acci-  
piatur pro continuo, hic perpetuitatem usurpare uide-  
tur pro aeternitate.
- 25 Compunctum notis.) Compunctum dixit, undiq; no-  
tatum. Vnde uidentur theologi dixisse compunctionem.
- 26 Desitum est enim uideri.) Pro, desit.
- 27 Ex bellis transalpinis triumpharunt.) Triumpha-  
mus hostem, quem in triumphu ducimus, et triumpha-  
mus ex his, unde triumphum referimus.
- 28 Capitur beneficijs.) Miru cur non uitari amphibolo  
giā:nā capitur beneficijs, qui ducitur, et delectatur bene-  
ficijs: hic sentit benevolentia adipisci nos benefaciendo.
- 29 Amor multitudinis commouetur.) Commouetur pro  
excitatur, in bonam partem.
- 30 Capere consilium.) Dicitur non qui consulit alium,  
sed

ANNOT. ERAS. ROT.

sed qui ipse reperit consilium.

31 Animi desipientia.) Nouè dixit desipientiam, pro magnitudine, qua infra nos posita contemnimus.

32 Ac mox.) Magis nouè dixit, admirabilitatem facit, pro eo quod est usitatus, reddit hominem ucheinetur admirabilem.

33 Nec illi quidem.) Sunt qui dubitent, satis ne Latinū sit uti, nec, si sequatur, quidem. Hic tamen ita est locutus Cicero, atq; alijs quoq; locis, ne quis causetur hic fuisse casum, uelut libro secundo, numero 64. nec illi quidem septem. Rursus numero 73. Rursus numero 87. Rursus 89. Item 90. Item 102. Item de Amicitia, numero 18. Rursus 20. Rursus de Senectute, numero 27. Item 28. ac mox 29.

34 Lælius is, qui sapiens usurpatur.) Nouè dixit, pro eo quod erat, cui usus tribuit cognomen sapientis.

35 Cūm prohiberet iniuria.) Pro eo quod erat, defenseret ab iniuria.

36 Nam aliter iustitia nō esset.) Aliter nouè posuit, pro alioqui, quomodo usurpatur et aliás. Nam secus, ad hūc modum non ausim usurpare.

37 Sed etiam collocand.e.) Collocatur opera, collocātur horæ, collocatur beneficium, collocatur et pecunia, que insuntur aut impenditur, sed id magis sit nouum in oratione absoluta. Mollius est cūm dicimus collocavit in nūgis, collocavit in ingratum, male collocatum beneficium.

38 Tam diu laudabitur, dum et c.) Videbatur quandiu magis responsorum ad tandiu. Et tamen hoc negligens subiecit dum.

In

## IN II. LIB. DE OFFIC.

- 39 In hominum ignoratione uersatur.) Nouè dixit, pro hominibus est ignota.
- 40 Benignè fit indigentibus.) Bene fit, quibus prestatur beneficium, pro quo Cicero nouè dixit, benignè fit, impersonaliter.
- 41 Gratificandi.) Gratificandi dixit, quod Græci χρηματάδι, non ad gratiam aliquid faciendi, sed praestandi beneficium.
- 42 Quæ te, malūm, inquit, ratio.) Malūm hic uel aduerbiūm est, uel si malis, interiectionis indignantis. Hoc nō intelligēs sciolus quipian, ita locum hunc in plerisque codicibus deprauarat. Quod te malum, inquit, rationis.
- 43 Sed diligēter, atque moderatè.) Diligēter hic usurpat, nō illo uulgari more, sed ut idem ualeat quod cū delectu.
- 44 Ut his ingratis esse non liceat.) Docent illud grammatici, hoc genus sermonis trifariam efferrī, nō licet esse ingratis, non licet esse ingratos, nō licet esse ingratī. Primum elegantiissimum est, postremum durissimum.
- 45 Latissimè manat.) Dixit Cicero, sicut latissimè patet, sicut latissimè spargitur.
- 46 Gratiam autem et qui reddiderit.) In locum huic affinem argutatur Aulus Gellius libri primi cap. 4. Is ibi citatur ex oratione M. Tullij pro Plancio.
- 47 Gratum se uideri studet.) Vetusto more dixit, cum usitatius sit, qui gratus uideri studet.
- 48 Qui rem haberent.) dixit absolute, pro diuitem esse, secus autem cū dicimus, rem habet cum illo.
- 49 Nulla antea cū fuiſset.) Annotanda est nouitas cōpositionis, nam simplicius erit, cū nulla antea fuiſset.

Expila

ANNOT. ERAS. ROT.

- 50 Expilatio,direptioq; sociorum.) Hoc annotui, quod quidam putant expilandi uerbum non posse referri ad personam, sed duntaxat ad rem. Expilatur ærarium, hic uidemus & socios expilari.
- 51 Quid qui eius, &.) Quid, separandum est à reliquo sermone, habet enim nihil aliud, quam uehementiam orationis, & excitat auditorem.
- 52 Habere quæstui.) dixit, quemadmodum dicimus habere risui, habere ludibrio. Quod tamen nō itidem liceat in ceteris omnibus.
- 53 Optimates exterminarentur.) Exterminare dixit in exilium abigere. Quo uerbo secus utuntur Theologi.
- 54 In Sicyonem attulisset.) Si Sicyon hic est urbs, murum est additam præpositionem more Græcorum.
- 55 Ita perfectum est.) perfectum est, simpliciter usus est, pro factum est.
- 56 Mox constituta cōcordia.) dixit pro facta, siue inita, siue constabilita. Nam alias constituta dicuntur, que discernuntur, aut prescribuntur.
- 57 Ad sua uel tenenda, uel recuperanda obſit inuidia.) Nouē dixit, obſit ad hanc rem, quemadmodum dicimus, conducit ad id.
- 58 Valere ut malis, quam diues esse.) Valere dixit absolute, pro bene ualere. Et attende compositionem, ualere ut malis, quasi carmen sit, non prosa oratio.
- 59 Ad medium ianuae sedentibus. Non dubito quin meo iudicio subscriptæ sunt eruditorum cēturiæ. Siquidem omnino legendum arbitror, ad medium Ianum, ut intelligamus eam fori partem, in qua cōsistebant focinatores, & in

## IN II. LIB. DE OFFIC.

*Et in qua uersabantur, quibus cū illis res erat. Damasipus apud Horatium libro Sermonum secundo, Satyra 3. ex negotiatore factus philosophus Stoicus, ita loquitur:  
-Postquam omnis res mea Ianum  
Ad medium fracta est, aliena negotia curo  
Excusus proprijs.*

Quem locum sic explicat Porphyrio, quia omnes ad Ianum in basilica stabant fœneratores. Acron ita, Iani statuae tres erant, ad unam illarum solent conuenire creditores, et fœneratores, alij ad reddendum, alij ad locandum fœnus. Hæc Acron, quem suspicor de suo ad finxit esse commentum de tribus statuis, è quibus Christophorus Landinus facit tria templa. Probabilius est medium Ianum uocari, quod in medio foro basilicam haberet. Erat enim olim aliud fœneratorum genus, qui in foro uersabantur, numeraturi protinus, si quis quid presente pecunia mercaretur. Friuolum est autem, quod Landinus medium Ianum exponit medianum mercaturam. De his utique sensit Marcus Tullius, qui Romæ in foro ad medium Ianum sedebant, de bene collocanda pecunia disputantes. Verba Ciceronis sic habent: Sed toto hoc de genere, de querenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab illis philosophis ulla in schola disputationur. Hæc Tullius, et paulò antè facta est de fœnerando mentio, quod licet improbet Cato, tamen hinc colligit Cicero, et olim utilitatum comparationes fieri soleare. Porro qui ad medium ianuæ, de hemicyclis interpretantur, hoc adserre maluerunt, quam nihil dicere. Pri-

## ANNOT. ERAS. ROT.

num enim hemicycla nō sunt ad medium ianue, sed circa ianuam potius: nec qui illic desidet, magis disputant de bene collocada pecunia, quam de rebus quibuslibet alijs, ac plerumq; de nugis. I am in scriptura facillimus fuit lapsus. Ad mediu Ianum, fortassis notula superposita, u, erat obsecrator. Ea sublata, Ianu nihil significabat: itaq; scriba fecit Ianue. Aut aliquis semidoctus, qui non legerat Hora tium, eoq; non intelligens quid esset medius Ianus, uertit in medium Ianue. Nec id miror accidisse uel scriba, uel erudituli cuiuspiā, & audaculi uitio; magis miror in ope= re tam celebri, tam utili, quod omnī manibus terebatur, quod quotidie praelegebatur in scholis, quod ad uerbum edisciebatur, tam insigne mendum hactenus à nemine suis= se animaduersum, quod equidem sciam. Sed utinam pauciora monstra laterent, ac fallerent in optimis autoribus. In hoc pulcherrimo facinore libens exhorter eruditos, ut se se mutua opera iuuent, nec inter se cōtentionibus amarulentis digladiantes, nec publicis studijs, siquid feliciter animaduerterint, inuidentes, quemadmodū hoc nunc da= mus, daturi plura, si uires animo respondeant.

## ANNOT. IN III. LIB.

### DE OFFIC.

- 1 **S**i descendit labor. ) Descendi nouē dixit pro di= scere.
- 2 Ea efficiens est utilitatis.) Cupiens uoluptatum, & similia, satis in usū sunt: hoc ut minus usitatum annotare uisum est.
- 3 Conuenienter naturæ uiuit.) Verbi casum addidit ad uerbio. Id tamen apud Græcos usitatus est, quam apud Latii

## IN III. LIB. DE OFFIC.

Latinos.

- 4 Progredione discendi.) Progredionem dixit profesor. Rursus paulo post: Si qua ad uirtutē factū est progrēsio. Ingressus initium est, progrēsio profectus.
- 5 Est alibi citatum.
- 6 Aliter enim teneri non potest.) Aliter rursum propter modum posuit pro alioqui.
- 7 Res publice continentur.) Continentur dixit pro constant: nam aliter continetur, quod comprehenditur, aut inclusum est.
- 8 Ex quo efficitur.) Efficitur dixit, pro colligitur argumentis.
- 9 Humana consociatio.) Consociandi uerbo fortasse timuissimus uti, ni Cicero usurpasset.
- 10 Violare alterum.) Græcorum more usurpauit uiolandi uerbum non pro uim inferre, sed pro iniuriam facere præter ius: Græci dicunt ὑπίσημη, οὐδὲ πινα, nō solum uim, sed etiam iniuriam, aut contumeliam uocant.
- 11 Consilium eius permisset.) Nouè usus est uerbo perimendi, nisi forte mendum subest, et legendum est præuenisset.
- 12 Deos, hominesq; celare possumus.) Celamus eos aliquid, quibus clam esse uolumus, quod agimus.
- 13 Minime mali illi quidem.) Peculiare est Ciceroni, ad hunc modum coniungere, quidem et illi. Quod ut apud hunc frequens est, ita haud scio, an apud quenquam uetusiorum reperiatur.
- 14 Est alibi citatum.
- 15 Hoc animo inter se fuisse.) Ut dicimus, nouimus inter  
b 2 nos

## ANNOT. ERAS. ROT.

- nos, amant inter se, id est, alter alterum. Ita hic dictū est,  
hoc animo fuisse inter se, pro utruncq; in alterum.
- 16 Eosq; exterminant.) Rursus exterminant dixit, pro  
ē finibus suis ejciunt, quod Latini interpretes frē usur=  
pant pro perdunt.
- 17 Orationis uanitatem.) Vanitatē dixit, ut pugnet cum  
ueritate, cū uulgo putemus uanitatem esse iactantiam,  
fortassis ob id, quod frē mentiantur multa glorioſuli.
- 18 Argentariam faceret.) ut dicitur quādūm facere, qui  
negotiatur, ita argentariam facere dixit Cicero.
- 19 Nomina facit.) Nomina facit, qui se debitorem cōſtit=  
uit: unde et bone fidei debitores, bona nomina dicūtur.
- 20 Semel indicaretur.) Indicare dixit cōſtimare. Id an=  
notandum putauimus, quod in omnibus, quos uiderim, li=bris, comperimus depravatum, iudicaret.
- 21 Ut etiam si minoris.) Ut, hic habet significationem  
exempli, cōſert enim factū cum facto. Qui pluris emat cū  
licuiſſet minoris emere, uir bonus est iudicatus, at non sa=piens. Perinde effet si minoris uendidisset, quod potuifſet  
pluris uendere. Hoc admonere uifum est, quod hunc locū  
compererim in multis exemplaribus uitiatum, nec à com=mentariorum scriptoribus aliiquid lucis adduci.
- 22 Proſcripsit insulā.) Proſcribitur homo, qui damnatur  
hoc genere damnatiois. Proſcribitur domus, aut alia res,  
qua uenalis scripto proponitur. Et insulam uocat domū  
undiq; semotā ab alijs ædibus, quales ferē sunt magnatū.
- 23 Societas est enim.) Subinde occurrit apud Cicero= nem ut, enim, ponatur tertio loco, præſertim cū adeſt  
uerbum, est.

Interior

### IN III. LIB. DE OFFIC.

- 24 Interior eorum. ) Interiorem dixit coniunctiorem,  
unde & intimè coniuncti dicuntur, qui arctissima neces-  
situdine copulati sunt.
- 25 Testamentarijs. ) Qui supponunt testamenta, aut  
alioqui fraude inuadunt.
- 26 Vinculis, & carcere castigandi.) In nonnullis exem-  
plaribus pro castigandi habebatur fatigandi.
- 27 Ab hoc nulla fraus aberit. ) Reciprocauit loquen-  
di formam. Nam dicimus, non abest à suspicione furti,  
hic dixit, ab hoc nulla fraus aberit.
- 28 Est alibi citatum.
- 29 Perficiat ut ueros hæredes. ) Rursus perficiat dixit,  
pro efficiat, siue faciat.
- 30 Est alibi.
- 31 Est alibi.
- 32 Non ita magnum. ) Ac mox, non ita turpe. Ita, tan-  
tum habet epitasin, nihil autem illi respondet: quod ge-  
nus est cum dicimus, Ita sum hominem expertus, ut denuo  
nolim experiri.
- 33 Quid? qui omnia recta erit.) quid separandum est à  
sequenti sermone, quod exercefacit lectorum, ut antè  
monstrauimus.
- 34 Nam si uiolandum est. ) Duo senarij sunt, tametsi  
Cicerò non seruat in his legem, quam Græci Tragici ser-  
uant. Porro in secundo uersu aut uerbum, est, elidendum  
est, aut in præpositio, ut constet metri ratio.
- 35 Multi iniqui, atq; infideles. ) Trochaicus est tetrae-  
meter, catalecticus, nisi quod due postremæ dictiones in  
omnibus, quæ uiderim, exemplaribus erant transpositæ,

b 3 boni

AN NOT. ERAS. ROT.

boni sunt, pro sunt boni.

36 In maxima gratia.) In precio esse utilissimum est, in honore esse, itidem. In gratia, & gloria esse, non perinde usitatum: eoq; annotauimus, ne quis ita uereatur loqui, cum Ciceronem habeamus autorem.

37 Si præmium ei proposuit.) Videbatur hic sermo magis requirere pronomen reciprocū, si præmium sibi proposuisset, sed uitasse uidetur amphibologiam. Nos in hunc modi locis sere solemus uti, ipsi.

38 Præfracte defendere.) Cicero præfractos uocat, qui à sententia non possunt abduci, quos (ni fallor) Græci uocant αὐθέντες. Præfracti, pertinaciter. Hoc annotauimus, quod eruditi quidam contendenter has uoces non esse Latinas.

39 Stare conuentis.) Pro seruare pacta. Inusitatius quod dixit Vergilius, Manere dictis: apud Græcos mollius est οὐαύειν

40 Et Ithace uiuere ociose.) Opinor Ithacam hic usurpari pro urbe eius insule, alioqui mīrū nō addidisse præpositionem: neq; enim permitteret hic sibi Cicero, quod permisit Verg. Deuenere locos letos &c.

41 Cuius ipse princeps.) Sex senarij sunt, quos oportet in exemplaribus distinguere. Cuius, hic nō efficit nisi unicam syllabam, quemadmodū apud Terentium, eius, deos, monosyllaba sunt ubiq;. Et istius, simili contractione fit disyllabum. Et percepset legendum, pro percepisset.

42 O fides alma.) Trochaicus est tetrameter catalecticus. Aptum dixit undiq; concinnatum, ut Vergil. Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contextum est gemmis, aut similibus, ut inter se se contingant: nam ab ἀπόστολῳ Latina

## IN LIB. DE AMICITIA.

Latina uox ducta uidetur.

43 Alibi citatum.

44 In iussu enim populi.) Iussu tuo, in iussu tuo, iussus faci, in iussus fecisti.

45 Fœdus fecerat.) Inire fœdus, ictum fœdus, pactū fœdus, ferire fœdus, percussum fœdus, usitatoria sunt, quām facere fœdus, ex ob id annotare usum est.

46 Efficiens uoluptatis.) de quo et antè annotauimus.

## IN LIBRVM DE AMICITIA

### ANNOTATIONES.

1 **C**VM sc̄pe multa narraret.) Quoties iunguntur haec due uoces, cum et tum, solet conuenire modus uerborum: quod mirum est hic non fieri, nisi forte pro narraret, legendum est narrare.

2 P. Sulpicio utebare multum.) Pro multum fuisit familiaris. Satis nouē dictum est: nam usitatus, multus nūbi cum illo fuit usus.

3 Ne in qua, et inquit sepe int.) Huc locū subtaxat Valla in prefatione dialogi de libero arbitrio, sed argutē magis, q̄ grauiter: nā Cicero nō enumerat uerba, sed ostēdit genus sermonis, quod submolestum esse solet iterationē.

4 Sibi suo tempore.) Sibi additum est, non perinde fessilitatis gratia, atq; ut respondeat dandi casui, qui mox sequitur, reipub.

5 Eam uiriditatem.) Vigorem appellat uiriditatem, nam languescit uiror in his, quae marcescunt.

6 Qua se in quiete.) Aut subaudiendum de, qua de se, ut addendum, In nonnullis, pro qua, habebatur que,

b 4 que

ANNOT. ERAS. ROT.

quæ lectio mihi magis arridet, ut referatur ad uerbum dis-  
cerebat ea, quæ.

7 Quia cū Scipione uixerim.) Nō inficior, quia, iungi  
uerbis subiunctiuis, sed haud scio, an scriptum fuerit qui.

8 Aequē Græcorum.) Legēdum arbitror, eaq; Græco-  
rum, ut sensus sit, ne doctorum quidem omnium hāc eſſe  
consuetudinem, sed tantum Græcorum.

9 Nisi in bonis.) In bonis Græco more dixit, pro inter-  
bonos.

10 Qui affequuntur, quantum homines poſſunt.) Affe-  
quuntur, poſitum uidetur pro ſequuntur, ut Græci dicunt  
*προσεχεδουθετο*. Quanquam in alijs legitur, ſequuntur.

11 Ex infinitate societatis.) Rursus infinitatē dixit, haud  
scio unde. Nam ab infinito nō potest dici, infinitas, ſed ab  
infini potest, quod tamen in uſu non eſt, quemadmodū ab  
affini dicitur, affinitas. Nisi quōd in nonnullis exempla-  
ribus habebatur, ex infinita generis humani ſocietate.

12 Nihil aliud niſi.) Et nihil aliud q̄, utrūq; latine dicitur

13 Praeclara illi quidem.) Rursus iunxit, quidem & illi,  
quod alibi notauiimus.

14 His cōmuniſ uita contenta.) His cōtentā eſt uſitatiuſ  
dicitur, de his contentus ſum, neſcio an Latine dicatur.  
Videndum igitur an locus mendo uacet, ac plane puto.

15 Vita uitalis.) Sic enim Græci & ior & si, quaſi dicas,  
uiuibilis uita. Nam iuxta ueterum exemplaria lego, Prin-  
cipio, cui potest eſſe uita uitalis: non quis potest, ut in  
nonnullis ſcriptum uifitur.

16 Quocum omnia.) Ego malim, quicum omnia.

17 Opes ut colare.) Hic palam diſtinguit opes à diuitijs,  
licet

## IN LIB. DE AMICITIA.

- licet altera res, altera soleat comitari. Inopia est amicorū magis, q̄ rei familiaris, & potētiae uerius, quām egestatis.
- 28 Catur alibi.
- 19 Luxuriae conditione.) Conditione dictum hic uideatur non à condendo, sed à condicendo: inter iuuenes autē his etiam de rebus solet esse concertatio.
- 20 Ab amico quippiā cōtendisse.) Attēde rectē dici, hoc à me cōtendit, pro eo quod erat, hoc à me instāter petijt.
- 21 Neq; immunis, neq; superba.) Immunem dixit, quod abhorreat à communi functione uitæ, quemadmodū olim philosophi, ex hodie monachi quidam, abhorrétes à functionibus uite communis.
- 22 Amabilissimum nodum.) Ab huiusmodi nominibus raro uidemus superlativa. Quis enim legit mirabilissimus aut quis sic auct loqui?
- 23 Neq; diligit.) Neq; & nec coniunxit. Id annotui ob quosdam in his nimium superstitiones.
- 24 Intolerabilius fieri potens.) Fieri dictum uidetur, pro esse, Græcorum more γινεται, sive γινεται.
- 25 Quasi termini diligendi.) Aut diligendi dixit, pro undiq; eligendi; aut dirigendi legendum est.
- 26 Quām multa enim.) Quantò sanctius hic, quā theologi quidam, qui docent ordinem charitatis.
- 27 Edixero.) Videtur usurpare pro dixerō.
- 28 Est enim quatenus.) Græco tropo est usus, est ubi, p alicubi, est quatenus, pro aliquousq; est quādo, pro aliquā est, ut uir uiro prestat, aliquo modo uir uiro prestat.
- 29 Mediocre telum.) Telum nouè dixit instrumentum. Nam telo assequimur quod ferimus.

b 5 Quasi

ANNOT. ERAS. ROT.

30 Quasi aquis tempestatis.) Aequê mendoſe, ni fallor,  
in alijs scriptum habebatur, equis temperatis: legendum  
arbitror, equis tentatis. Nam modice temptamus equos  
prius, quâm laxemus illis frenos ad cursum, ita non statim  
recenti amico per omnia fidendum. In uetusioribus exē-  
plaribus habebatur aquis, non equis, et hæc lectio ma-  
gis etiam arridet nūbi. Quandoquidem cursus non minus  
nauium dicitur, quâm equorum, et nautæ denissa bolide  
tentant profunditatem aquarum prius, quâm passis uelis  
se credant arbitrio uentorum.

31 Periclitatis moribus.) Periclitatis, pro expertis, et  
experimento probatis, dixit paſiuè.

32 In bonis rebus.) Nouè bonas res dixit secundas: ma-  
las, aduersas.

33 Sicut aliarum rerum sociates.) Licet reclament o-  
mnes, quos uiderim codices: tamen dubitandum non est,  
quin pro sociates, legendum sit satietates.

34 Patres esse duxerunt.) οὐρανοί, id est, existimarunt: ita  
planè usurpauit: licet eos quoque ducimus esse patres,  
quos patrum habemus loco, cùm sciamus non esse.

35 Aliter enim amicitiae stabiles.) Aliter pro alioqui, si-  
cut ante commoſtrauimus.

36 Quanta maxima potest.) Hanc loquendi formā nul-  
lus auderet sequi, niſi Ciceronem autorem haberemus.

37 Ad amicos redundet infamia.) Ab inundatione, que  
ripas egressa, proxima quæq; comprehendit, atq; inuol-  
uit: uſitatus tamen est, recidit.

38 Et alterum acquirit.) Rursus acquirit dixit, pro ad-  
iungit, et lucro apponit.

Ibidem

## IN LIB. DE SENECTVTE.

Ibidem. Quæq; ipsi non tribuunt amicis.) Aliter tribuimus amicis, quod illis adscribimus, aut etiam cōcedimus: aliter hic dixit, tribuit amicus, pro eo quod est, præstant: atq; in hoc sensu planè rarum est.

39 Colet se inter se.) Satis erat colet inter se, & ita fortassis à Cicerone scriptum erat.

40 Tum eleuare.) Id est, leuius reddere: unde eleuatur autoritas hominis, cui pondus detrahitur.

41 Coaptatio.) Ita fermè deprauatum est in omnibus libris, cūm scribendum sit, coaptatio.

42 Hodie me ante omnes. ) Duo senarij trimetri sunt ex fabula, cui titulus Epicurus.

## IN LIB. DE SENECTVTE

### ANNOTATIONES.

1 **T**ertius uersus ita mutilus est, ut ne cōstet quidem ea pars, nisi in deprimeris, elidas ultimā cōsonantem. Integer erit, si post hoc uerbū addas, pōst, aut mox, aut dein, tum in fine adjicias mi. Vtranq; uocem addidit Theodorus hæc Græcè uertens *τέτταρες ἀπολιτέραιοι*, siue uetus sū aliquod exemplar sequutus, siue ut expleret metrum.

2 In multis codicibus deprauatè scriptum erat, præmij, pro precij. In eodē carmine uidetur elidendum, s, in deprimeris. Est autem uersus imperfectus.

3 Ille uir haud magna in re.

Quidam deprauarant haud magna cū re, non agnoscentes Romani sermonis elegantiam, qua usus est Horatius in epistolis:

*Me libertino natum patre, & in tenui re  
Maiores pennas nido extendisse loquēris.*

Fortu

ANNOT. ERAS. ROT.

Fortunæ tenuitatem, & rei familiaris angustiam significans, rursus in Satyris:  
— Validus male filius in re  
Præclara sublatus.

Divitem indicans.) Ad eum modū Ennius, opinor, describitur, fortuna quidē tenui uir, sed egregia fidei. Nam uideretur hoc esse fragmentum Ennianū carminis, ut finis Heroici carminis sit. Ille uir haud magna in re initū alterius, Sed plenus fidei. Nō refellam hic uel petri Marfi, uel aliorum commenta, quum ipse Theodorus uidetur non animaduertisse M. Tullij sensum, ut qui uerterit, in p̄ḡr̄ualē p̄s̄ & p̄t̄uū p̄x̄j̄alē, quasi Flaminius de re leui sit discruciatus. Alioqui addidisset articulum Græcum, ē ip̄ oū p̄t̄uū p̄x̄j̄alē p̄ḡr̄ualē, sed quid hoc ad rem, aut quid cohæret, sed plenus fidei? Certè s̄ p̄ḡr̄ualē, Græcis ad facultates referri non potest.

4 Quibus meipsum.) Nouum sermonis genus, neque enim hoc sentit se suspicari, iuuenes ijsdem rebus commoueri, quibus suspicatur seipsum commoueri. Quis enim suspicatur de seipso?

5 Etsi te quidem.) Quod hic absolutē subiicit, et si, id usitatus est, in quanquam, neq; tamen uerebinur imitari Ciceronem.

6 Adeptam.) dixit paſſiuē, quod tamē inuētu rarius est.

7 Tanquam deum sequimur.) Allusit ad proverbiū, īrr̄ b̄q̄, unde deoꝝ x̄j̄p̄ dicuntur, qui naturæ repugnant.

8 Quasi uictum & caducum.) Sic habetur in plerisq; codicibus, legendum autem uictum, atq; caducum. Nam flacidum, & uigore carens uictum dicitur.

Spera

## IN LIB. DE SENECTVTE.

- 9 Speramus quidē senes fieri.) Nouū est, speramus fieri.
- 10 Propter opes, & copias.) Nouum est copias usurpari, non pro exercitu, sed pro diuitijs.
- 11 Constat hunc locum depravatē legi in omnibus uulagatis exēplaribus, excepta proxima editione, quam multō castigatiorem debemus eruditissimo uiro Baptiste Egnatio. At ut ille legit, ita uerit Theodorus Gaza: ὅντε,  
ἄριστος σερπίφιος ἡγεμόνης, ἀπὸ ἀντραχανον, οὐτε ἐπὶ τῷ ἀδηναντούσιον τοτε ἀπέβη. Ac recte quidem Theodorus, sed aliquanto cōmodius extulit Plutarchus, in apophthesē gmatis, ἀλλὰ ἔτει ἀπὸ ἑρμηνείας ἀπὸ τοτε περιττωτεροῦ, οὐτε τούτῳ αἰσθανομένος.
- 12 Qui Tarentum recepit.) Recipit, qui promittit. Recipit se, qui redit unde uenerat. Recipit, cui redditur aliiquid. Recipit urbem, qui recuperat.
- 13 Ad Capuam.) nomini urbis addidit prepositionem.
- 14 Que pro reipublicae salute fierent.) Est ab Heliōris apophthegmate profectum.  
Εἴς οἵων δέσμος ἀμύνεται περὶ μάρτυρας.
- 15 Contra rempublicam ferrentur.) Ferri dicuntur plectrūs, ac leges. Cæterū quod sequitur contra auspicia ferri, legendū arbitror fieri, non ferri.
- 16 Ad Appij Claudij.) Ut usitatū est, accedit ad hoc: ita infrequens est, accedit ad hoc. Vnde mendūm arbitror, ut in alijs rectius legi, accedebat, Gaza uerit ἡγεμόνη.
- 17 Hanc ille egit.) Nouum est, egit orationem, pro habuit orationem.
- 18 Mox septem, & decem annos.) Opinor legendū, decem annis. Neque enim dicimus triduum post tuum abiētum pro

ANNOT. ERAS. ROT.

tum profectus sum, sed triduo.

29 Similesq; sunt, ut si qui &c.) Nouè dictum & hoc Ciceroni: mollius erat, perinde faciunt ac si &c. Hoc annotandum putavi, ob quorundam in dicendo morositatē: cum uideamus nec Ciceronem usque adeo fuisse superstiosum: ac paulò inferius.

20 Cedo qui uestram rēp.) Apparet carmen esse iambi cum, tetrametru. Et cōstat addita dictione, tātā, quæ in nostris uulgatis exēplaribus hac tenus nō habebatur, ut legatur ad hunc modū, Cedo qui uestram remp. tantam amissis tam cito. Sed aliter uersus non perinde constat suis pedibus: nisi legamus, porrò ueniebant rhetores noui, stulti, adolescentuli. Et uerisimile est scribam pro rhetores posuisse oratores, ceu uocem idem pollentē. Ceterū quod in uulgatis codicibus habetur scriptū, ut est in Ennij poēta libro, in alijs, ut est in Ennij posteriore libro, haud dubiē mendosum est: legēdum autem, ut est in Næuij ludo: Siue in Næuij poēta ludo. Nam & Theodorus uertit ip̄i nudiz. Præterea quod in nostris habetur, Sic enim per contantur, quemadmodū legissē uidetur Theodorus: alij legunt, Sic enim percōtanti, ut est in Næuij ludo, respon dentur & alia, & hoc in primis.

21 Cum ætate processisset.) Qui prouecte sit ætatis, eum dicit in ætate processisse.

22 Ne perdam memoriam.) Vulgo putabatur officere memoriae, si quis legeret inscriptiones sepulchrorum.

23 Omnia quæ curant.) Aliter curo quibus proficio, aliter ea, quæ mihi curæ sunt.

24 Ad summā senectutē.) Dixit, sicut ad extremū, p̄ po stremo

## IN LIB. DE SENECTVTE.

stremo loco. Et nouè dixit facere Tragoedias, p scribere.  
25 Quām illud idem.) Fortasse uidebor nodum, quo  
diunt, in scirpo querere. At mihi uidetur locus nō carere  
mendo: siquidē hic sermo, Melius Cæcilius de senect. &c.  
uidetur esse non Catonis probantis quidem superiorem  
Cæcilij sententiam, sed hanc nō perinde probantis, quam  
bis uerjibus complexus sit:

Aedepol senectus, si nūl quicquam aliud uitij  
Apportet secum cum aduenerit, unum id est satis,  
Quod diu uiuendo multa, quæ non uolt, uidet.

Sunt senarij tres comici: & sermo nō sapit orationē rhe-  
toricam, ut nihil quicquam, & apportet secum, & quæ  
non uolt. Hæc nimurum comicorum ueterum sunt. Quan-  
quām uero proximū est Lælij personam ab hoc loco sub-  
mouendam esse, ut accipiamus Catonem ipsum diluere,  
quod sibi è Comico obiecerat. Hic mecum facit Theodo-  
ri Gazæ interpretatio. Nec apud huc additur idem, quæ  
uox mihi uidetur adiecta abs quo piam uolēte explicare,  
quid demonstraret pronomen illud, qui subiecerit, id est,  
ac rursum ex, id est, abbreviato factum idem.

26 Illud uero idem.) Rursus hic sermo uidetur esse Ca-  
tonis sibi locū alterum obijcentis ex eodē poëta, citantis  
alios duos è Cæcilio senarios. Tum etiam in senecta hoc  
deputo miserrimū, Sentire ea etate esse odiosum se alteri.  
Quod si uersus duriusculi sunt, nemo miretur, cū alicubi  
Cicerò scriptorē hunc ferreum uocet. Citantur autē apud  
Nonium Marcellum ex Ephestione in dictione Senium:  
ubi non additur etiam, & deputo legitur, non reputo.  
27 Facit sibi audientiā.) Nouè dixit, neq; non eleganter  
tamen

ANNOT. ERAS. ROT.

tamen pro eo quod erat, reddit attentum auditorem.

28 Nec erat ei uerecundum.) Opinor pro uerecundum legendū uerēdū, nisi fortè idē est, uerecundū, et uerendū.

29 Citantur alibi.

30 At multi ita sunt.) Hoc loco quidam admiscuerant rursus personam Lelij, cùm sit sermo Catonis sub ijs pī hæc obijcentis, ac sibi mox respondentis.

31 Nisi tanquam luminī.) Tanquam adhibuit ad significandam similitudinem.

32 Quanta percipi potest maxima.) Hanc sermonis figuram et antè notauiimus.

33 In Gallia exhortatus est à scorto.) Si locus mendo uacat, exhortatus est, dixit pauciue.

34 Damnati rei capitalis.) Damnati capititis usitatius est. Damnati rei capitalis, hoc uenustius, quo rarius.

35 Crebro finali.) Funale dixit tædam, aut facem ex unctis funib⁹ contextam.

36 Tum compotationem.) Græci Latinè nō loquuntur, sed Cicero interpretatur, quod Græci dicunt συντονη et conditione.

37 Magisteria delectant.) Magisteria uidetur dicere regna conuiuidia.

38 Emeritis stipendijs.) Emeritos milites usitatè diciuntur. Emerita stipendia rarius est.

39 Secumq; ut dicitur uiuere.) Apparet idem esse cum illo, Tecum habita.

40 Fabulam eliciisset.) Vide num locus mendo uacet, et num legendum, edidisset.

41 Versiculo quodam.) Versus adhuc extat.

Ripks

## IM PARADOXA C I C.

- τρόπον δ' αὐτὸν διστομός· id est,  
Assiduè discens plurima, sio senex.  
42 Existit tanquam ad articulos.) Eleganter dixit gem  
mam existere, quæ emergit. Et ad articulos dixit, pro iue  
cta articulos.  
43 Non illius quidem iuste.) Vide lib. 2. offic. num. 33.  
44 Quod cuicq; temporis.) Quod temporis, pro quod  
tempus, siue quantum temporis.  
45 Codumentauit.) pro coniunxit; siue conglutinauit.  
46 Neq; funera fletu faxit.) Nouum est, facere funus;  
pro agere exequias.  
47 Quod ad eam proprius adsum.) Nouum est, adsum  
ad eam, eoq; usum est annotare.  
48 Vitam esse terminaturus.) Ut naufragium facit, cu i  
nauis frangitur; ita terminat uitam aut gloriam, cui fini=  
tur gloria aut uita.  
49 A calce ad carceres.) Mirè coniunxit diuersas meta=  
phoras. Siquidem à calce, sumptū est à corpore humano:  
ad carceres, sumptum est à spatio ludorum equestrium.

## I N P A R A D O X A C I C E R O N I S.

- 1 **S**ed dicendo consequi tamen.) Conduplicauit con  
unctionem, sed tamen; sicut fit in attamen.  
2 Quæ non sanè probantur in uulgo.) Nouè dictum  
in uulgo, pro uulgo.  
3 Quasi punctis quod proposuit efficit.) Rursum effi=  
cit, positum est pro colligit.  
4 Ludens conieci.) Cōieci pro collegi positum, sed tu=  
multuariē.  
5 In tuo nomine apparuit.) Nouè dictum uidetur in tuo

ANNOT. ERAS. ROT.

nomine. Et apparuit dixit, pro in apertum prodijt, φάν  
subindicans, hoc opus non esse huiusmodi, ut debeat in lu  
cem, et in publicum exire.

6 Quæ dicuntur in scholis θετικα, ) θεος positiones  
sunt, et argumenta disputantium. In nonnullis codicibus  
falso scriptum erat, κτηνικα, et adiectum, possessiva, quā=  
quam et in ceteris, possessiva, non à Tullio additum, sed  
lectore reor adiectum fuisse.

7 Non modò non repugnanti) Non modò posuit, in  
posteriore sermonis parte, præter morem vulgatum.

8 Suis quisque fungitur moribus.) In alijs scriptum  
comperi, fingitur, et rectius sanè. Neq; enim dubium  
quin retulerit proverbiale dictum, cuius meminit Corne=  
lius Nepos in uita Pomponij: Suam cuiq; mores fingunt  
fortunam. Proinde et hic legendum arbitror, suis cuiq;  
moribus fingitur: aut certè, ut nimirum demutemus, suis  
cuiusq; moribus fingitur.

9 Matellionem.) Arbitror dici signum presentans ser=  
uum porrigentem matulam.

10 In libertate vindicari uult?) Minimè. Hic in nonnullis  
codicibus additur ea, quæ paulò inferius adiiciuntur, qui=bus  
et possumus et debemus. Rursus quæ sequuntur, qui=bus  
et possumus et debemus, uidentur à cōtextu reuin=sa. Sic enim appetet legendū. Quid enim adiungitur nisi  
uobis uniuersis, quibus et possumus et debemus? Domi=  
num mutare, non liber esse uult. Nos uero siquidem, et e.  
11 Et fructuosas.) Rursum fructuosas dixit, pro frugife=ras. Hoc admonendum putui quod quidam abhorrent  
ab hac uoce, tanquam parum Ciceroniana.

In fo

IN SOMNIVM SCI-  
PIONIS.

Uli autem octo cursus, in quibus eadem uis est duo-  
rum, Mercurij & Veneris, modorum, septem efficiunt  
distinctos interuallis sonos, qui numerus rerum omnium  
ferè modus est. Hic locus nonnihil torquet eruditos.  
Nam et in nostris exemplaribus habetur uarius, in nō= nullis sic habetur: Octo cursus quibus eadem uis est mo= dorum, septem eff. ex c. Nec illa mentio fit Mercurij ac Veneris. At Theodori uersio discrepat ab utraq; le= ctione. Sic enim reddidit. ἵνα τὸ μὲν οἱ ὄχηται φύουσι  
τὸ δῆθι αὐτοῖς πρόστις θύεισι, ἵνα διωρισμένους τοὺς  
σκέλους τὸν εὔτελεν, δύσις δύνεται ἀπέσθιστος, σύνε= στηματοῦ αὐτοῖς τὸν ἔντελον εἰσίν. Id est: illi autem octo  
cursus, quorum gemina ijsdem uis inest, septem inter= uallis distinctos efficiunt sonos, qui sanè numerus, pla= ne rerum omnium nodus est. Videtur enim pro modus  
legisse nodus, qui uerterit σύντομον. Qui addiderunt,  
Mercurij & Veneris, uidentur terra quoque dedisse  
suum sonum. Quanquam totum hoc de concentu or= bium commentum, dictu iucundius est, quam uero si= milius. De terra certè non sensit Cicero, quam unam  
facit immobilem, docens reliquorum orbium sonos ex  
agitatione motuq; cieri. Hoc isti parum animaduerten= tes, ne sint soni nouem, eandem uocem tribuerunt Vene= ri & Mercurio, quod in organis musicis aliquoties fit,  
ut duæ chordæ reddant eundem sonum. Iam quod Cice= ro loquitur de septenario, quum orbes sint octo, bifariam  
potest explicari. Primum ut summa acuta, & ima grauis

c 2 acci

accipiantur pro eadem, propter summam consonatiam, ueluti fit in Magade. Deinde ut in Ciceronis sermone se ptem referamus non ad sonos, sed ad interuallis, efficiunt sonos distinctos septem interuallis. Siquidē in dīa mār̄ oīto quidem uoces sunt, sed interualla non nisi septem. Porro quod M. Tullius ait eādem esse uim modorum in illis octo, non sentit omnes idē sonare, sed ad harmoniam absoluendam pariter agere. In quo differūt omnes à terra, cui talis uis non adest. Quid autem sequutus Theodorus, uerterit dīfī, non satis queo diuinare, nisi forte sensit de duplice motu sphærarum, nō de sonis. Quanquam in his quid attinet torqueri, quum ipse sermo Græcus nō satis coherereat. Et fieri potest, ut Theodorus aliud scripsit, quam legimus. Si tollantur ea uerba, quae satis apparent ab erudito quopiam addita, demonstrauimus nihil esse scrupuli.

JOANNES MATTHAEVS  
PHRISSEMIUS.

Aethionis tabula. ) Mirum quam hic uarent exemplaria, dum in alijs auctionis, in alijs actoris, in alijs auctionis, in alijs Actæonis legitur; quarum lectionum nulla satis arridet. Video fuisse qui legerent Echionis, cui ego libentissime subscriperim, quum inueniam apud Pliniū Echionem insignem pictorem fuisse: Et certum est Ciceronē hæc de eiusmodi tabulis loqui, in quibus quipiam erat depictum.

Argu

# ARGVMENTVM PHL

*lippi Melanchthonis in officia Ciceronis.*

## QVID CONFERAT LECTIO librorum de officijs M.Tullij Ciceronis.



VE MADMODVM ueant in exercendo sterili solo aut sumptus facere, aut sumere labore: ita lecturis scriptorem aliquem in primis uideendum est, quid doceat, & quam inde accessio= nem ad studia nostra facere possi= mus. Porro uix pauci in relegendis scriptoribus secum ipsi deliberant ecquod operæ pretium facturi sint: & bona pars discentium in uniuersum nescit ad quem scopum studia omnia dirigenda sint. Proinde initio huius libelli & argumentum operis indicandum est, & quid conferat studijs nostris. Ea demū est solida eruditio, de rebus, moribusq; recte iudicare posse: deinde que animo compre= bēderis, perspicue, & commodè explicare, atque eloqui. Rerum cognitio, ad iudicandum, & ad parandā pruden= tiam est necessaria. Magna in primis optimorum uerbo= rum copia requiritur ad dicendum. Voco autem rerum scientiā physiologiam, mathemati, præcepta de ciuilibus moribus. Nam de religione hic nihil dicimus. Estq; ad cō munem uitam in primis utile ea tenere, que de moribus, deq; ciuili uita & consuetudine tradita sunt. Belluam dicas, non hominem, quisquis nō est excultus hoc doctrinæ ge= nere, & ad humanitatem, & ciuilia officia assuefactus.

## PHILIPPI MELANCH.

Nam uirtutis incunabula atq; rudimenta sunt hæ literæ, quibus ad honestatem teneri animi alūtus & incitatur. Porrò non aliud extat libellus de moribus absolutior officijs Ciceronis. Diligentissimè enim præcepit de omnibus uita partibus, quid deceat quamlibet etatē. Accedit hue etiam, quod iusto ordine formas uirtutum proposuit, ut extarent ob oculos lectoribus, tanquam regulæ omnium consiliorum & factorū. Fecit enim quatuor uirtutis mēbra, Prudentiam, Iustitiā, Fortitudinem, Modestiam: quæ tanquam locos communes proponant sibi adolescentes, ut eò referat omnia de moribus consilia, ex quos, iudicaturi quid deceat, ceu Theseum Theseus filum sequatur. Nā ut Zeufis cum Helenā Crotoniatis pingere, inclusam habebat in animo pulcherrimam quandam mulieris speciem, seu, ut Græci dicūt, ιδεα, collectam ex optimis exemplis: ita iudicaturos de moribus oportet animo teneare tanquam formas quasdam, uirtutū descriptiones: quas cōsulant, quas intueantur, in quas defigant oculos qualities de honestate deliberat. Neq; ego hic de religione dico, quæ ex sacris libris petenda est. Civilis uita consuetudo a Cicerone describitur, cū qua religio nihil pugnat. Scriptis de officijs etiam diuinus Ambrosius, credo, ut pueris inculcaret religionē, de qua uidebat in Ciceronianis nihil præcipi. Verum ego religionē ex diuinis literis censeo hauriendam esse: de ciuilibus moribus malim audire Ciceronem, qui maximis rebus gestis uersatus in republi- ea principe orbis terrarum: usū pleraq; cōperit, pleraq; ex Græcorū scriptis, qui maximas ciuitates gubernarūt, uerit. Habet itaq; quid hic libellus ad indicandum conseruat

## ARGVM. IN OFFIC. CIC.

ferat. Est enim uel prima prudentiae pars, tenere præcepta de moribus. Est autem Cicero res partitus in honesta et uitia. Honestatis partes in primo libro tractat, ubi primum uirtutes definit dialectica quadam cōsuetudine; deinde congerit multa præcepta de moribus, uelut in aceruum. In secundo libro res omnes enumerat, quas natura ad utilitatem seu usum hominum condidit: docetque quem ex qua; re usum percipere debeamus. In tertio cōfert cum honestate utilitatem.

## QVID AD DICENDVM CON- ferat libellus Ciceronis de Offic.

PRAeterquam quodd, ut cætera Ciceronis omnia, magnum numerum lectionis uerborum et figurarum suppeditabit hic libellus: ideo etiam ad dicendum aliquando plus quam pleraque alia scripta confert, quia locorum aliquot communium formulas, et propedium simulachra cōtinet. Porro cum hi loci uirtutum, uitiorum regule sint, ad quas hominum mores et facta exigimus in iudicando, oratio etiam omnis referri ad eos debet: inde argumenta, amplificationesque repitantur: ut si quis in ingratum dicat, multa illi non de persona tantum, sed de ipso etiam uitij genere erunt dicenda: eritque danda opera, ut intelligent auditores quanta sit in eo uitio turpitude. Verum id nemo praestare poterit, nisi locorum illorum formulas bene meditatas habeat, et exempla ueterum teneat, unde uerba, sententias, et ornamēta mutuetur. Erit itaque hic libellus ueluti penus, et sicut

c 4 inquit

## PHILIPPI MELANCH.

inquit Thucydides, quia, unde deponant orationem studiosi, de quacunq; re dicendum fuerit. Hinc argumenta, hinc sententias, hinc figuras, hinc apta uerba excerpant. M. Cicero magnum instrumentum eloquentiae id esse putauit, habere locos in numerato, paratos, atque expeditos: in quibus procudendis multum profectio Ciceronis exemplis adiuuabimur. Que enim potest de doce malo, deq; & equitate uberior, grauior ue disputatio ex cogitari, quam illa de re in tertio officiorum: qua ad innumerabiles causas seu Delphico, gladio uti possis. Plurimum etiam ad dicendum conducunt narratiunculae, quae sunt in hoc opere & multæ, & variae. Quondam in Rhetorica progymnasmata erant dñi quæna (sic enim vocarunt) In quo genere quise uolent exercere, magnam hic exemplorum copiam inuenient. Et cum nihil sit difficultus, quād commodè narrare, non est alia exercitatio fructuosa, quam hæc. Quanta, deum immortalis, elegantia, quantus lepos est in narratione gestorum Arati Sicyonij in secundo libro? Non minorem laudem meretur Gygis Lydi historia uersa ex Platone, in libro tertio. Similes aliæ multæ sunt in hoc commentariolo, quas sibi ad imitandum proponant quicunque tolerabiliter dicendi studio tenentur. Eaq; exercitatio non tantum augebit uerborum supellectilem, sed etiam, que mihi in dicendo penè maxima uirtus uideatur, bene disponendi scientiam. Nam indocti non tantum adulterine moneta uerbis orationem obscurant, sed ita etiam confundunt, ac miscent omnia, ut intelligi prorsus nequeat. Scholia alicubi breuissima adscripta p̄simus

ARGVM. IN OFFIC. CIC.

p̄simus, quae indicarent lectori orationis ordinem, et di-  
 spositionem: quam qui deprehenderint, facile sententiam  
 scripti adsequuntur. Nam de cōsilio autoris pronunciare  
 aut iudicare nemo potest, nisi serie orationis animaduer-  
 sa. Vbi sententiā collegitis, hic immorandū erit in singu-  
 lis membris orationis: uidendumq; quo genere uerborū,  
 quibus schematis orationis usus sit Cicero. Estq; cū illius  
 oratione certandum, et nostris uerbis exponēdum argu-  
 mentum. Ita fiet, ut ex sententiā propius aspicias, et cla-  
 rius apparent lumina Ciceroniane orationis, ubi cū tua  
 māgāppātā contuleris. Intercā et uerba et sententiæ au-  
 toris obiter firmius adh̄escent animo. Sed faciamus in  
 exordio periculum. Initio proponit Latinè se de Philoso-  
 phia ad filium scribere: quod totidem uerbis dici poterat:  
 uerum est addita occupatio, cur in tāta copia Gr̄ecorum  
 scriptorū ipse Latinè scribat ijsdē de rebus, quas Gr̄eci  
 copiosissime, splendidissimeq; tractauerūt. Et facta præce-  
 ptoriā menuū, et urbis: et, ut in distributione, sua cuiq;  
 subiecta ratio: Estq; m̄eodūcās cum occupatione cōiuncta  
 propositio: Quanquam extant de morib⁹ sapientissimè  
 scripta multa à Gr̄ecis, et cū Cratippus doctrina, tū Athē-  
 nā ipse exemplis te erudire queant, tamē quia meus  
 mos est Latina cū Gr̄ecis cōiungere, uolebam  
 Latinè ad te philosophica quædā scribe-  
 re. Ad eūdem modū in omnibus par-  
 tibus orationis Ciceroniane  
 sententie, earumq; figu-  
 re excutienda  
 sunt.

PHILIPPI MELAN.  
CHTHONIS ANNOTATA IN  
M.T.Ciceronis libros de Officijs.

**Q**uanquam. pag. 4. uer. 17. Propositio. Latinè de philosophia scribo. Estq; figurata occupatio, tam et si Græcis abundes.

Sed etiam in dicendi. pag. 4. uer. 26. Circumstantia.

Sæpe alias Latinè scripsi de philosophia.

Quam ob. pag. 5. uer. 2. Reiecio.

Non penitebit. ibidem uer. 4. id est, non parum videbitur, sicut Terent. in Heautont.

Sed tamen nostra. ibidem uer. 5. Res alij forte tradent non infeliciter, at mea proderunt ad Latinè dicendum.

Nec uero arroganter. ibidem uer. 9. ἀπόδοξα cur sua putet conducere ad locupletandam facundiam.

Vis enim dicendi maior est in illis. ibidem uer. 17. Duplic est dicendi genus, tragicum & uiolentum in forensibus orationibus, comicum & summissimum in philosophicis disputationibus.

Et id quidem nemini. ibi. uer. 19. Amplificat collatione Græcorū, quod nemo elaborarit in utroq; genere dicēdi.

Sed cum statuissim. pag. 6. uer. 4. Secunda pars præfationis cur de officijs scribat.

Nulla enim uitæ pars. ibidem uersu 10. Commendat ab utilitate.

Communis est. ibidem uer. 15. ab exemplis aliorum.

Sed sunt ex c. ibidem uer. 17. Taxat eos qui parum cibiliter præceperunt de officijs,

Nam

## IN I. LIB. DE OFFIC.

Nā q̄ sum.bon.ibi.uer. 19. Hoc ad Epicureos p̄tinet,  
quāquam enim summū bonū in uoluptate ponat Epicureo-  
rus, tamen non potest perpetuō uoluptatem inter optima-  
ducere. Sepe enim honestatē coget natura p̄ferre:  
neq; enim promiscuas libidines probare poterit: itaque à  
natura uincitur.

Quoniam Aristonis pag. 7. uer. 5. Aristo & Pyrrho  
nullum delectum mediārum rerum reliquerunt, ut inter  
optime & p̄ssime ualere, inter inopiam & diuitias nī-  
hil dicerent interesse. Id uero alienum est à communi uia-  
ta, & ciuili consuetudine. Herillus solam scientiam dice-  
bat esse bonum.

Placet igitur ibi. uer. 13. Principio definitio est concia-  
pienda ex dialekticorum doctrina.

In præceptis &c. ibidē. 7. uer. 32. Sicut medicina dupli-  
citer tractatur: nam aut uerbiūdōs cause morborum excus-  
tiuntur & remediorum, aut tantū præcepta sanitatis, aut  
remedia traduntur, quod s̄epe solent aniculae imperitae  
causarū: ita de Officijs bisariam scribitur. Nā aut natura  
hominis, & finis bonorum uerbiūdōs inquiritur, aut m-  
equitatis tantum traduntur sine disputatione accuratiore  
de natura hominis, & de bonis: ut sunt præcepta Phocyl-  
idis, aut Theognidis, aut quæ dicitur Catonis. Hoc mo-  
do Cicero profitetur hic se præcepta congesisse.

Quod Greci ῥητ. pag. 8. uer. 10. ῥητορικα perfe-  
ctum officium est: & negabat ullum factū esse cuiusquam  
tale. Medium uero officium tribuebant mediocribus &  
ciuilibus viris: quare hic πρᾶγματων nihil dispu-  
tat, quæ tantum disputando imaginantur, sicut perfe-  
ctum

PHIL. MELANCH. ANNOT.

etum oratorem, aut alias species in artibus.

Triplex igitur. pag. 8. uer. 16. Genera rerum, ad quæ tanquam ad scopos diriguntur omnia consilia, et facta, sunt honestum, et utile: quæ sibi pueri proponant, ut discrimina et rerum et factorum humanorum perspiciant.

Principio. pag. 9. uer. 21. Utiles in primis disputatio, quomodo sint innata semina virtutum humanis animis. Illa semina dicuntur alio nomine leges naturæ, suntque voluntates quædam, hoc est opiniones, quas ex natura sine dolore tenemus de moribus. Nemini iniuriam facere. Tueri sobolem, et commissos nostræ fidei. Non nimio labore, aut luxu naturam corrumpere, sed modum in dictis factis, uitacq; omni conseruare.

Eademq; natura. ibidem pag. 10. uer. 3. Iustitiae semina.

Itaq; cum sumus. ibidem uer. 13. Prudentiae semina.

Huic ueritati. ibidem uer. 18. Fortitudinis semina.

Nec uero. pag. 10. uer. 23. Modestiae semina.

Vt ait Plato. pag. 11. uer. 10. Ex Phædro Platonis, Διὸς γαρ ἡ περὶ λεπτῆς ἐρωτὴς εἰ τινος ισχὺς εἰς πολλὸν παρέχει εἰς δὲ τὴν ιόν

Sed omne. pag. 11. uer. 14. Dividit honestum, et singulis virtutibus proprium munus assignat. Species honesti quatuor sunt virtutes. Iustitia suum cuique reddit. Prudentia deliberat de omnibus rebus. Fortitudo commissos nobis tuetur. Modestia naturam conseruat, ne nimius uel labor, uel luxus corrumpat.

Primus ille. pag. 12. uer. 15. Prudentia est ueri cognitio.

Tempus et diligentiam. ibidem uersu 24. Tempus enim est artium autor. Et sane perniciosum est pronunciare

## IN I. LIB. DE OFFIC.

ciare de ijs, in quibus non sis diu uersatus.

Omnis autem cogita. pag. 13. uer. 8. Prudentiae munera, de moribus deliberare, et naturam inquirere.

Sed iustitiae pri. pag. 13. uersu. 19. Iustitiae munus est, nec corpus alterius, nec res occupare.

Atq; ut placet Stoicis. pag. 14. uer. 4. Cōmunicatio rerum quamvis priuatarum ratione fit.

Fundamentum autem iust. pag. 14. uer. 12. Fides vinculum est contractuum.

Sed iniustitiae &c. ibidem uersu 20. &c. t'at. Vis, & fraus duo uitia pugnantia cum iustitia.

Nulla sancta so. pag. 15. uer. 16. Lucanus,

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas

Impatiens consortis erit.

Temeritas. ibidem uer. 20. aliter tempestas.

Desertos esse. pag. 16. uer. 12. Epicuri dogma est nō  
s'adg, quo uetus attungi res publicas. Id reprehendit hic  
M. Cicero. Est autem & apud Horatium:

Nec uixit male, qui uiuens moriens q; fecellit.

Aut odio quodam hominum. ibidem uer. 23. T'acres  
oi mortales taxantur.

Sed incident. pag. 17. uer. 17. Iustum ex circūstantia:  
id uero etiam ad summam iustitiae legem referendum est,  
ne quis laedatur. Nam inferiores leges omnes ita demum  
sequenda sunt, si cū summa illa cōsentiant. At depositū  
gladium si reddas furioso, summam legem uiolaueris?

Ex tribus enim optatis. pag. 18. uer. 1. Optauerat The  
seus à Neptuno, ut Minotaurum cōficeret, ut adiret in=  
feros, ut Hippolytus discerperetur.

In

PHIL. MELANCH. ANNOT.

In rem præf. pag. 18. uer. 7. In iudicium. Nam in ipsis finibus primum disceptabatur.

Iniurie sue pœnitere. pag. 19. uer. 8. Quem pœnitet facti, is propè non peccauit.

Cum uero. pa. 21. uer. 7. Causarum aliae moderationē, aliae sœvitiam requirunt.

Deinde ut erat. pag. 23. uer. 18. In beneficēia spectān dū principio ne uioletur iustitia. Itaq; tria præcepta colligit. Primum, ne beneficijs nostris laedantur uel ipsi qui accipiunt, uel alij. Alter locus, ut pro modo facultatiū nostrarum largiamur. Tertium est, ut pro dignitate demus: ne, quod in prouerbio est, Suem Veneri. Item beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Quoniā autem uiuitur. pa. 24. uer. 26. Hinc illud est, Mores amici noueris, non oderis: quia quædā amicorum uitia ferenda sunt.

Virtutibus leuioribus erit ornatus. pa. 25. uer. 2. Qualis est apud Terentium in Adelphis Mitio.

De benevolentia. ibidem uersu 9. pro titulo. Quo ordine collocanda sint beneficia. Ac primū quidē bene meritis gratia est referenda. Est autem totus locus de gratitudine, non nihil rhetoricas amplificatus argumentis.

Quo quisq; animo. ibidem uersu ulti. Modus in reme tiendis beneficijs.

Optime autem. pag. 26. uer. 14. Titu. Quomodo consideranda sit uitæ cōmunitas. Aperit autem fontes societatis humanæ, & quomodo natura nos fixerit ad cōmunicanda officia: addidit enim orationem, ut significaret nos ad societatem factos.

In

## IN I. LIB. DE OFFIC.

In qua, ibidem uersu 27. Quomodo sint res communicae. Sunt enim primum omnia communicanda, quae contra incommodum aut iniuriam prestatari possunt, iuxta proverbiū, πάντα τὰ τὸ φίλων κανά. Sunt autem humaniissimi uersiculi Enniū: qui docent quae res sine iniuria communicari possint.

Gradus. pag. 27. uer. 20. Quo ordine gratificandum sit. Ordine autem, quem natura parit, sunt coiux, liberi, parentes, cognati, propinqui, ciues, amici, uirtute adiuncti.

Qui cum una do. pag. 28. uer. 6. Platonis est 6. de legibus, οἷον ἐστιν οἰκεῖον ἀφίκευμένος αὐτοῖς. Ad hunc modū sex pe alias elegantissimè figuræ ex Platone uerse sunt.

Vnus fiat ex plu. ibidem uersu 24. σῶματα πορθόντα  
γνώσην μετέπειτα.

Quo est detestabilior. pag. 29. uer. 5. πᾶς δὲ rhetorius cum ornamentum obiter accersitum. Inuehitur autem in eos, qui lacerarunt rem pub.

Sed in his. ibidem uer. 21. Circumstantiae sape mutant gradus ordinemque eorum, quibus largiendum est.

Salmacida spolia. pag. 30. uer. 27. Metaphora à Salmaci fonte, de quo Ouid. Metamorph. iiiij. Reliquas histoirias require ex Iustino.

Leuctris. pag. 30. uer. ulti. Sabellicus legit Leuctris Stratocis. Nā Stratos urbs est, de cuius gestis rebus Thucyd. lib. ij. scribit. Stratocles uero dux Atheniensis ad Cheroniam, de quo Aeschines κατὰ κτηνοθάρρου. Cetera nomina sunt locorum insignium, non ducum.

Sed ea. pag. 31. uer. 7. Fortitudo iusitiae propugnatrice est:

## PHIL. MELANCH. ANNOT.

est: ergo ubi à iustitia remoueris, furor est, non uirtus.

Sed illud odiosum: ibidem uer. 23. Cognatum fortitudini uitium ambitio.

Difficile autem est c. Proverb. χαλεπά καὶ.

Omnino. pag. 32. uer. 21. Partitur fortitudinem in domestican, et politicam. Domestica priuatum animum armat aduersus fortunam: de qua dixit Horatius:

Aequum memento rebus in arduis

Seruare mentem, non secus in bonis,

Ab insolenti temperatam latititia.

Politica tuerit societatem ciuilis hominum.

Cauenda est, et c. pag. 33. uer. 21. Inuictum animum aduersus gloriam gerere.

Multi autem sunt ibidem uer. ulti. De ijs, qui se à repub. remouerunt. τοις τοις λαβετε.

Sed cum pleriq. pag. 35. uer. 27. Disputatio est, qua ostendit res urbanas maiores esse bellicis, et togatorum consilia imperatoris laudi præponit. Locus communis: Artes pacis, et uirtutes togatae, quibus domi respub. intendentur, ac reguntur, non sunt inferiores artibus belli, seu castris, virtutibus. Nam et urbana negotia prudenter, magnitudinem animi, et præsentiam animi non minorem requirunt, quam bella.

Bellum autem ita suscipiatur, pag. 36. uer. 1. Notetur, bella pacis causa suscipienda.

De euertendis. ibidem uer. 18. Describitur officium imperatoris in bello, urbisque euertenda, diripiendaque.

Periculosa, et callida consilia, ibidem uer. 25. θεραπεία, sicut apud Aristotelem θεραπεία τηρον, audax facinus.

Pericu

## I N I. L I B . D E O F F I C .

Periculosa curationes. pag. 39. uersu 3. Ut in Mimo,  
Nunquam periculum sine periculo uincitur.

Plus adipiscere boni. ibidem uer. 6. Extat in eam senten-  
tiam Augusti dictum: Aureo hamo piscari.

Promptiores igitur. ibidem uer. 10. Quia publica salus  
priuatae preponenda est.

Vt Callicratides. ibidem uer. 16. De Callicratide Xenos-  
phon in Paralipomenis lib. 1. Καλλικράτης ἡ ἔπειρ, ὅτι οὐ  
σώρτη δυλίην μη κάκιον σίκεται αὐτοῦ ἀποθανόντος, φύγειν ἢ  
εὐχρόνον εἰπειν, οὐφαντικόν.

Cleombrotus inuidiam timens. ibidem uer. 23. Cur dixe-  
rit de Cleombroto quod esset inuidiam timens, intelligi  
non potest, nisi ex historia quae extat in lib. 6. Εὐθα δὴ  
τοῦ Κλεομέροτος οἱ μηδὲ φίλοι προσόντες ἐλεγον, ὃ Κλεομέρο-  
τε, εἰ ἀφίστης Ζεὺς θεάσιαν ἡρών σὺ μάχης, κινδύνους διπλῶς τῆς  
πόλεως τὰ ἔχατα παθένει. Αναγνωθεὶς δὲ γάρ σὺ, καὶ δὲ οὐτε  
κινδύνους πεφαλάς ἀφικόμενος, οὐδὲ τὸ χώρας τῷδε δικέανων ἐλήνω-  
θες, νοῦν δὲ οὐδὲ δρόν σρατέων, ἀπικρυόδημας δὲ ἐμβολῖς, ἀγνοητά  
δειλίαν βάλλοντος σχέτει τῷ Κιθαιρώνος. Τίποτε δὲν ἔσται κινδύνος, οὐ  
δὲ πατρίδος ἐπιθυμέος ἀπέτοντο τούς ἄνθρακας. οἱ μὲν φίλοι  
ζεῦστα ἐλεγον, οἱ δὲ οὐστίον, νῦν δὲν ἔφασσον, δηλώσασθαι δὲν ήταν. Εἴ  
τοῦν δὲν κινδύνος τῷδε θεάσιαν, δῶστε λέγετον. Id est, ibi Cleom-  
brotum amici accedentes dicebant, Si dimiseris Cleom-  
brote Thebanos sine pugna, periculum est, ne à ciuiibus  
extrema patiaris. Obijcent enim quod neque hostium  
agrum uastaueris, cum in Cynos cephalas uentum est,  
neque postea data pugnandi copia, cum hoste confli-  
xeris, cum Agefalaus iniquiore loco per Citharonem  
toties adortus sit hostes. Proinde siquam tui rationem

d habes,

PHIL. MELANC. ANNOT.

babes, aut patriam retinere cupis, dimicandum est. Atque  
haec amici dicebant. Aemuli uero, Nunc, dicebant, palam  
erit, an uerum sit, cum cum Thebanis colludere, sicut di-  
citur.

Omnino pag. 40. uer. 3. Ut ilissimum preceptum, ne  
totam rempu. compleatatur ij, qui præfuturi sunt rebus pu.  
Nam, & nostris temporibus dum soli plebi consulunt co-  
cionatores, euertunt res publicas.

Miserrima est omnino ambitio. ibidem uer. 25. Vt cum  
iustitia, ita cum uera fortitudine, ambitio pugnat.

P. Africanum, & Qu. Met. ibidem. pag. 41. uer. 4. Vide  
Valerium Maximum de moderatione animi.

Quæ placet Peripatet. ibidem uersu 25. Citat Ari-  
stotelis sententiam de mediocritate. Nam Aristoteles o=  
mnes uirtutes ita definit, esse mediocritatem inter extre-  
ma uitiosa: ut inter timiditatem, & audaciam fortitus  
do est.

In rebus prosperris. pag. 42. uer. 3. Verg.  
Nescia mens hominum fati, sortisq; futurae,  
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Item Sallustius: Secundæ res etiam sapientum animos fa-  
tigant.

Quanto superiores. ibidem uer. 13. γρωμή, Bis uincit,  
qui se se uincit in uictoria.

Vt equos &c. ibidem. Parabole insignis.

Temperantia & modesti. pag. 43. uersu 28. Sunt ob-  
scuri loci duo hic. Prior, quid inter honestum, & deco-  
rum intersit. Id fortasse potest ex hac similitudine intel-  
ligi. Bonus habitus corporis, seu ualeudo bonum colo-  
rem

## IN I. LIB. DE OFFIC.

rem gignit: malus habitus, malum colorem. Ita honestas parit decorum. Estq; decorum, virtutis color quidam, seu species. Posterior locus, gener de decorum nihil contra naturam facere. Nam facere cedem, praedari ex alieno, ut sunt contra naturam, ita deformia, et monstrosa sunt. Contraria dignitas quedam est, et pulchritudo in iustitia, in prudentia, et fortitudine: quia nihil faciunt haec contra naturam. Speciale decorum est non modo nihil contra naturam facere, sed illa ipsa, quae fert natura, delebitu quodam, et ordine facere: ut cacare nihil habet uitij, at si more Diogenis caces in publico, uitiosum erit. Hoc secundum decori genus requiritur in hac quarta uirute, quam Modestiam vocavimus: ut non pugnat contra naturam uestiri peregrino more, at indecorum est, et c. Porro quod dicit philosophos aliter de decoro loqui, atque poetas, id ita accipias: philosophi negant decorum esse siquid à natura dissentiat, ut in crudelitate neque dignitas, neque decorum est. At poeta suum quoddam decorum singulis personis tribuunt, sicut pictores monstris etiam decorum quoddam tribuunt, tametsi si naturam speces, in monstro nihil est decori.

Officium autem pag. 46. uer. 17. Sensus communis uidicat quid deceat in ijs actionibus, que non sunt contra naturam. Est autem modestiae maxima uis in frenandis libidinibus.

Duplex est enim uis. pag. 47. uer. 1. Due hominis partes, ðpui appetitio, et ðpui iudicium de rebus.

Apophthegma. pag. 48. uer. 14. breue dictum, Latini scitum dixere.

d 3

Sic

## PHIL. MELANCH. ANNOT.

Sic et in animis existunt. pag. 50. uer. 1. In decoro di-  
judicando primum natura hominis, deinde suum cuiusq;  
ingenium spectandum est. Itaq; hic uarietatem ingenio-  
rum tractat, iuxta illud:

Tu nihil inuita dices, facies'ue Minerua.

In C. Lælio multa hilaritas. ibidem uer. 5. Vide apud  
Silium Italicum lib. 15. Lælii descriptionem.

-Cum dulcia solueret ora,

Aequabat Pylia Neleia uerba senectæ.

Et Periclem. pag. 50. uer. 10. De Pericle apud Thucy-  
cid. lib. 2. Εκ νοσοῦ μὴ λιανὸς ὁρ̄ λεπ̄ τε ἀγάλματα καὶ τὴ γνῶμη,  
χρυσάτων τε πτερωτῶν καὶ ὠρότερον, κατὰ χεῖν πλῆθες ἐλεύ-  
θερων, καὶ σὺν ἡγένειοι μᾶλλον ἢν αὐτοῖς, οὐδὲ τοῖς  
γεννήσιοφοι εἰς οὐ προσκοντων τὰ δύναμιν, πρὸς οἰδοντήν πι-  
λέγειν, ἀλλ' ἔχωρεπ' ἀγάλματα καὶ πρὸς δεργήν καὶ αὐτεπερί, ε-  
πιτρέπειν μὲν διδοτον καὶ αὐτοὺς πορεῖται παρόντες οὐβρεις θρονοῦταις  
λέγων καὶ πληναρχεῖται ποτε φοβεύει, καὶ λειτοτάτας οὖν ἀλόγως,  
οὐλαζούσι πάλιν ἐπὶ τὸ θρόνον. Εγίνετο τε λέγειν μὴ δημο-  
κρατία, οὐτε ἡ ὑπὸ τοῦ πρώτου αὐτοῦ δορχή.

id est:  
Pollebat ille cum dignitate, tum consilio, minime om-  
nium pecunia expugnabilis. Plebem in officio liberalis-  
ter retinebat: neque uero ex eius uoluntate pendebat, sed  
eam sibi parere cogebat. Nam cum bonis artibus poten-  
tiam adeptus esset, nihil erat cur adsentaretur multitu-  
dini. Eamq; sape offendebat, etiam cùm pro autoritate  
refragaretur. Proinde siquando temere audere eam ani-  
maduertit, metu incusso dicendo repressit. Contrà stulto-  
formidantibus animum restituit. Videbaturq; in speciem  
summa rerum penes populum esse, uerum re ipsa penes  
unum

## IN I. LIB. DE OFFIC.

unum Periclem erat.

De Themistocle. ibidem uersu. 14. ex Thucydide lib. i.  
Nam inde Cicero et haec, et alia est mutuatus. Et quia  
personarum descriptiones apud historicos in primis ob-  
seruanda sunt, et uel ad mores, uel ad eloquentiam mul-  
tiū conductunt, excerpimus. Ἡράκλειον ταῦτα  
εἰς φύσεως θέματα παραγίνεται, καὶ μεταφοράντως οὐκ εἶδος  
τίποτα αἴσιον θεαματόν. οὐκέτι δὲ ξείρασι, οὐκέτι προμαθεῖ  
εἰς αὐτὴν οὐδὲν, οὐτε ἐπιμαθεῖ, τὸν τε παραχθῆναι διὰ οὐλαχί-  
σης βαλλεῖ κράτερον γνώματον, καὶ τὸν μελλόντων ἐπιπλάνησον  
τοῦ γνησιεύναι ἀγράνθητον. Καὶ μὲν μετὰ Χέρας ἔχοι,  
καὶ ξείρηθεν οἶστε. Ὅρη δὲ ἀπειρόντες, κρίνου οὐτιδεῖς οὐκ  
ἀπέδιδαν. τοῦτο, τε ἀμενοντὸν Χέροντι οὐδὲν ἀφανές εἰπεν προσεργά-  
ματισκόν. Καὶ δὲ ξείρηται ἀπέντες φύσεως μέσον σωμάτεα, με-  
λεῖται δὲ βραχύτητι, κράτερον διὸ οὗτος οὐδεχθείσειν τὰ  
άκορτα ἔργα. id est.

Erat Themistocles firmissimo naturae robore prædi-  
tus, propter quod apud omnes eximia admiratione meri-  
to fuit. Suopte enim ingenio, quod doctrina neque exer-  
cuerat, neque auxerat, præsentium, et improvisarum re-  
rum breuissima deliberatione egregius erat astutior.  
Futura autem nemo unquam uel longius, uel certius pro-  
spexit. Que tenebat, inquit manibus habebat explicare po-  
tis erat. Incerta uero, et obscura, donec deprehendisset, non  
acquiescebat. In rerum delectu, quo facto, quo ue preteri  
to opus esset, nullis indicijs erat oculatissimus. De quaenam  
que re incidisset, dicebat naturae bonitate, negligentissime  
meditatus. Neque quisquam hunc extemporali in rebus ne-  
cessarijs usu unquam uicit.

d 3

Et

## PHIL. MELANC. ANNOT.

Et Pheræum Iasonem. ibidem ver. 15. Iason Pheræus non est Argonauta ille, de quo est in fabulis, ut quidam supicati sunt, sed fuit Thessalorum princeps proximè ante Philippum Macedonem: dictus Pheræus ab oppido Thessalorum Phœbas, ubi imperauit. Extat autem eius elegans προσωπογραφία apud Xenophonem lib. 6. ad quam hic allusit Cicero, scribens suisse uafrum ingenium uiri. Φρόνιμος μὲν οὖτος στρατηγός ἐστιν, ὡς ὅστις τε λαοθέλευτος, καὶ δοτος φόβουντος, καὶ δὲ βιάζεται ἐπιχειρῆι, οὐ μάλα ἀφεπτάνεται. Ιερὸς γάρ ἐστι τοῦ νυκτὸς ἀπόδι οὐμέρα χῆνα, καὶ ὁ τῷρι αἰεὺς θη, ἀειστον καὶ δειπνον παντούρημον, ἀμα τοιηδῶς, οἵτας ἐστιν καὶ οὐαπτιώτερος χείλους, ὃτιρι ἀφίκεται ἐν δρυμῷ θη, καὶ διαπρέπεται δὲ δῆν, καὶ τοι μετ' αὐτοῖς οἱ ταῦται εἰδεῖν. Επίσταται δὲ καὶ ὅτιρι ἐπιταρθούσατες ἀραδόντα πράξεωσιν οἱ σπασθον, ἐκπλῆγεις τὰς γνόμονας αὐτῶν. ἐστι τοι καὶ μεμαθέντες πάντες οἱ μετ' αὐτοῖς, ὅπις ἐκ τῷρι πόνων, καὶ τὰ μαλακὰ γίνεται. καὶ μᾶλλον ἐγχρατίσαντος γε ἐστιν, ὅπις ἐράστης τῶν πορί τὸ σῶμα ἴδοιν, ἐστι τοι οὐδεὶς ταῦτα ἀχολίην ἔχει ἐστι μὲν πάτησην δεῖται μέον. Id est:

Cautus adeo dux est, ut cū fallere hostem, aut anteuocare, aut ui adoriri instituit, haud ferè frustretur. Noctu ac die iuxta paratus: ne tum quidem cum conuiuum agit, otiosus. Nec antea acquiescit, quām eō, quō tendit, peruenitur, quamq; efficerit quae ex usu sunt. Ad eundem modum et milites adsuefecit: quibus et prolixè indulget, ubi facinus aliquod egregium fecerunt: estq; persuasum omnibus, qui apud eum stipendia merent, uoluptatem atq; otium labore parari. Ipse uero omnium, quos noui, parcissimè uoluptatibus fruitur: quare nec hæ morantur quo mi

## IN I. LIB. DE OFFIC.

quo minus rectè res gerat.

Lacedæmonium Lysandrum. ibidem uersu 24. Vide  
Plutarchi Lysandrum.

Xenocratem quidem seueriss. pag. 51. uer. 4. Tanta is  
fuit seueritate, ut Plato saepe diceret ei, *ωιδε Χρόνον*.

Epigonos. pag. 52. uer. 20. *ινίγονται*, nomen fabulæ: dia-  
cuntur autem Epigoni à Græcis posteri eorum, qui Po-  
lynice duce ad Thebas occubuerant. Hi duce Alcmeone  
postea renouarunt bellum: cuius belli meminere Diodo-  
rus Siculus in quinto, & Pausanias in Boeotis. Menalip-  
pa autem uterum ferens, in carcerem coniecta est. Diodo-  
lib. 3.

Quam ut uitia fugiamus. pag. 53. uer. 1. Horatius  
Est uirtus uitium fugere, & sapientia prima.

Ac duabus. ibidem uer. 4. Quatuor gradus facit, natu-  
ram, suam cuiusq; indolem, uitæ genus, in quod casu inci-  
dimus, studium, ad quod uoluntate nos contulimus.

Idē fecit Timotheus. ibidem uersu 19. Is Isocrate præ-  
ceptore usus est tam familiariter, ut etiam in castris eum  
habuerit.

Et in quo generè uitæ. ibidem uersu ulti. Præcipit de  
quarto gradu.

Herculem Prodicum. pag. 54. uer. 6. Prodicus rhetor  
finxit Herculi uoluptatem, ac uirtutem adparuisse. Silius  
in Scipione lib. 15. imitatus est.

Sensim disuere. pag. 55. uer. 14. Sic præcepit et in lib.  
de amicitia.

Est igitur. pag. 56. uer. 5. Adolescentis officia. Hoc ue-  
ro præceptum in primis est necessarium, ut adolescens &

d 4 in stu

PHIL. MELANCH. ANNOT.

*In studijs, & in instituenda uita proponat sibi aliquem, quem effingat, quemque exprimat summo studio. Idcirco Vergilius de Pallante ait:*

-Sub te tolerare magistro

Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta

*Affuscatur primus ex te miretur ab annis.*

Eadem apud Homerum de Achille.

Senibus. ibidem uer. 16. Apud Homerum Nestor,  
Βελή καὶ μύσοιστο καὶ τέρας ἐσὶ μόντων.

Sermo in circulis pag. 60. uersu 3. Comitus laudata in  
Enni⁹ carmine apud Gellium lib. 12. cap. 4.

Obiurgationes &c pag. 61. uer. 23. Plautus in Trinum  
mo: Næ amicum castigare ob meritam noxiæ immanc  
est facinus, uerum in ætate necessarium.

Ira absit, cum quid ergo pag. 62. uer. 1. Verg.

*-Furor iraq; mentem Præcipitant.*

*Et quoniam ibid. uer. 15. Modus præscribitur in ædificando. Xenophon in œconomico damnat φιλοτεχνίους.*

Deinceps de ord. pag. 64. uer. 2. Quomodo circumstan-  
tie uarent officid. Obiurget Thersites Agamemnonem,  
seditiosum est: faciat idem Nestor, uidebitur è rep. fieri.

Eurasia, est ordinis obseruatio: ab auxia, temporis obseruatio.

*Et harum similibus ibidem uersu 19. Est sanè prudētia cum modestia cognata; sed modestiam hactenus uocamus, quatenus gestus ipsos, et tanquam illam actionem, uideris gubernat.*

Fit enim nescio quomodo. pag. 66. uer. 2. Catul. Sed no  
uidemus manticæ quid in tergo est.

Qui

## IN II. LIB. DE OFFIC.

*Qui mercantur quod statim uendant. pag. 67. uer. 15.  
ij sunt ἡγεμόναι.*

*Sed ab his partibus. pag. 68. uersu 7. Collatio uirtutū.  
Porro præfuntur eae, quibus communis societas hominū  
inter ipsos conseruatur. Est itaque iustitia in fastigio vir-  
tutum.*

*Illud forsitan. pag. 71. uer. 2. Societas ita seruetur, ut ue-  
recundia tamē, seu modestia non uioletur.*

*Patefactus et c. ibidem uer. 17. Epilogus. Summa autem  
sunt uirtutes, quae societatem communem conseruant.*

## IN II. LIB. DE OFFICII S.

*Quemadmodum offi. pag. 72. uer. 14. Ἰακώπος, Argu-  
mentum libri.*

*Quanquam enim libri no. comp. ibidem uersu 24. Cur  
philosophetur exponit, et occasionem que ad philosophie  
phantum detulit.*

*Quid est enim, per dicos, optabilius sap. pag. 73. uer. 23.  
Exposita occasione subiicit laudes philosophie. Est enim  
philosophia cum naturæ peruestigatio, tum ciuale de mo-  
ribus iudicium, et disciplina quedam, qua ad humanitate-  
tem, seu ad ciuiles mores adsuefunt.*

*Occurritur et c. pag. 74. uer. 17. Occupatio animi cur  
tradat certa præcepta, cum tamen Academicus haberi uelit,  
qui nulla de re pronunciant. Est autem hæc longa disputa-  
tio, quæ in his scholijs explicare nō possumus. Due fuerūt  
sectæ, quæ nō solebant pronunciare, Pyrrhonij, et Acade-  
mici. Pyrrhonij dicebant omnia iuxta incerta esse, nec esse  
magis probabile, oriri solem, quam nō otiri cu illucescit.  
Proinde hi prorsus explosi sunt. At Academicci reliqua-*

d 3 runt

PHIL. MELANC. ANNOT.

runt tamen discrimin hoc, ut quædam dicerent similiora ueri, quanquam suspenderent iudicium. Vide Gel.lib. 11, cap. 3, & Cice. in Academicis questionibus, ubi ait: Non sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, nō ad illam paruulam xwoGisq; qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, ut ait Aratus: eoq; directius gubernant, quod eam tenent, quæ cursu interiore breui conuertitur orbe: sed ad Helicen, & clarissimos septentriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatus.

Quæ ergo ad uitam, pag. 76. uer. 11. Quia hoc libro de utilitate precipitur, ideo res, quæ sunt usui ad uitam, primum diuiduntur.

Homines hominibus &c. ibidem uer. 21. Homo homini deus. Item, Homo homini lupus. Vnde paulò post, pag. 78. uer. 26. Cum igitur &c. ibi adnotandum. Utilitas ex honestate nascitur. Nam homines ut profint, honestate adiunguntur, & invitantur.

Subiiciunt se homines imperio, pag. 80. uer. 26. In imperijs quomodo homines adiungendi. Primum beneullen tia emerendum esse amorem.

Rerum autem omnium, pag. 81. uer. 6. Rheticus locus. Propositio. Ratio ex natura affectuum petita.

Sed his qui ui op. ibidem uer. 17. Seneca. Ferrum tuetur principem, inclius fides.

Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, pag. 82. uer. 2. Exemplis probat obfuisse crudelitatem multis, suntq; hic aliquot uenustissimæ narrationes.

Quā P. Sylla cum uibrasset, pag. 83. uer. 27. Hic P. Sylla est, pro quo extat Ciceronis oratio: & cuius in Cæsaribus bel

## IN II. LIB. DE OFFIC.

ris bello Ciuali mentio fit. Scriba Cornelius fuit, cuius fit  
mentio in Lepidi oratione, quæ extat inter Sallustianas.

Certum igitur. pagina 84. uer. 14. Epilogus. Item  
amicitia est opus & priuatis hominibus, & tenentibus  
respub.

Summa igitur ex perfecta gloria. ibidem uer. 28. Doe-  
cet popularē fauorem quæ res emereantur: & quod illo  
opus est ijs, qui respub. tenet. Hæc autem sunt, quæ emeren-  
tur eum, benevolentia, iustitiae ac prudentiae fama, admir-  
atio insignium virtutum: atq; hæc ordine suo explicat.

Ac primum &c. pag. 85. uer. 7. De benevolentia tra-  
stat, innuens quod amor amore emitur.

Quamobrem intelligentia &c. pag. 86. uer. 8. Occupa-  
tio cur uirtutes, quæ tamen natura uidentur cohaerere, di-  
uellat à se se.

Erat igitur ex tribus. pag. 86. uer. 25. Admiratio insi-  
gnis uirtutis, qualis erat admiratio continentiae Scipionis,  
cum restituit uirginem optimam formam captam sponso inta-  
ctam: apud Liuium lib. 6. Decad. tertiae.

Ac mea quidem sententia. pag. 88. uer. 7. Epilogus lon-  
gior: continet autem ἐνώπιον iustitiae.

Viriatuſ Lufitanuſ. ibid. uer. 27. Vide Flori Epitome.

Sed ut pecunie. pag. 89. uer. 24. Antea de paranda exi-  
stimatione, hic de tuenda præcipit. Cōseruabitur autem,  
si esse uirtute prædicti, quam uideri malimus. Nam simula-  
tio uirtutis non est diuturna. Sunt autem hæc ad uerbum  
uersa ex Xenophonte.

Prima igitur. pag. 91. uer. 1. Studia adolescentium quæ  
existimationem augent rei militaris.

Tum

## PHIL. MELANC. ANNOT.

Tum pietate.ibidem uersu 16. Adnotatur pietas erga bene meritos.Si frequentes sunt . Consuetudo cum bonis uiris.

Sed expositis.pag.94.uer.3.Docet quomodo debemus uti liberalitate ad captandam multitudinis benevolētiā: & quomodo beneficentia adiungantur uoluntates hominum:& primum docet quatenus deceat largiri.

Praeclarē in epistola.ibid.uer.18.Auget exemplis praelarum Philippi praeceptum.

Sed diligēter,atq; moderatē.pag.95.uer.3. iuxta proverbiū, vītē mārte ; vītē mārte.

Largitionem fundum non habere, prouerbium. pag. 95.uerſu 17.

Omnino duo &c.ibi.uer.20.Prodigalitas damnatur.

Quanquām intelligo.pag.69.uer.21. Quomodo Roma laudem meruerit prodigalitas.

In illo autem.pag.98.uer.12.Liberalitatis pars,gratificari largiendo.

In exigendo non accrbum.Pag.99.uer.11.Impudentia est flagitare officium.

Que autem opera.pag.100. uer.6.Pars liberalitatis, opera gratificari,& docendo,ibi, Quid enim eloquentia laudabilius?

Admonebat me res &c.ibidem uersu penult. deplorat reipub.calamitatem.

Sed cūm in hominibus. pag.101.uer. 21. Docet quibus sit gratificandum:

Commodē autem,quicunq; dixit &c.pag. 102. uer. 3: Extat & pro Plancio.Gellius uidetur prater rem calumniari

IN II. LIB. DE OFFIC.  
niari hanc sententiam.  
Sed quoniam pag. 103. uer. 11. De publicis agit largi-  
tionibus, que perniciose sunt reb. pub.  
Helij. ibidem. uer. 18. Aliás, Sp. Melij & C. Gracchi. M.  
Octavius Gracchi aduersarius fuit.  
Caput autem est. pag. 104. uer. 19. Avaritia uacare de-  
bet, qui muneribus publicis funguntur. Estq; antithesis:  
commemorat enim continentiam principum.  
Lacedæmonij Lysandrum &c. Agin<sup>3</sup> regē &c. pag.  
106. uer. 18. Vide Plutarchum in horum uitis.  
At uero Aratus Sicyonius iure laudatur. ibidem uersu  
27. Extat & huius uita in Plutarcho. Estq; epigramma in  
eum compositum: quod ad commendandam lectoribus me-  
moriam uirtutis huius uiri libuit adscribere.  
Βελαι μὲν καὶ ἀεθλα, καὶ οὐ πορί ἐλάσθε ἀλκή,  
Τὸ δὲ αὐτόδιο σόλας πλάσθεται ἡρακλέους,  
Αμὲν δὲ ἔπος, ἀρατε ταῦτα κόστο τοχόντες  
Σάσσαψθεντά δρετάς οὐδὲ θικασσύνες.  
Σωτῆρος ἡστῆροι θεοῖς, δηπ πατέστηται σέ  
Δάιμονι σῷ, θέληται προστάτης οὐνομίας. id est:  
Herculeas quamuis æquent tua facta columnas,  
Dum patriam seruas inclyte Arate tuam:  
Nos tamen hanc statuam pro libertate recepta  
Virtutis testem fecimus esse tuæ.  
Communis tibi cum dijs seruatoribus esto  
Hic honor, in patriam nam pia iura refers.  
Tabulae nouæ. pag. 108. uer. 8. Tab. nouæ, condonatio  
debitorum.

PHIL. MELANC. ANNOT.

IN III. LIB. DE OFFICIIS.

**P**vblium Scipionem &c. pag. 111. Orditur à x̄eia, et poterit hic locus esse exemplum r̄d̄y x̄ead̄ tractandarum.

Magnifica uero vox. ibidem uer. 9. Laudat x̄eia.

Sed si minus. ibidem uer. 16. accommodat ad suū institutū.

Panætius igitur. pag. 113. uer. 17. distributio cōtinet argumentum tertij libri. Nam hic præcipitur quid sequendum sit. si utilitas cum honestate pugnet.

Recte ne autem hunc. pag. 114. uer. 21. Otiosa disputatio est. Cum Stoici ne utile quidem quicquam; quod non idem sit honestum dicant, cur Panætius dixerit utilitatem pugnare cum honestate: Cicero respondet primū hic non de perfecto officio, sed de medijs disputari: et tamen ne in medijs quidem officijs esse utilitatem iudicandam, si ab honesto dissideat: posse autem queri à mediocribus sæpe, an quod uidetur utile, sit reuera utile.

In quibus sapientia perfecta non est. pag. 115. uer. 22. Et sapientem illum suum Stoici, et τερψθωμα imaginatione tantum concipiunt, sicut rhetores perfectum orationem fingunt.

Illud autem officium. ibidem uersu 28. quod rectum, id est, τερψθωμα.

Detrahere igitur. pag. 118. uersu 15. Formula qua officium cognoscitur. Summa utilitas hominum est conseruatio societatis humanæ. Proinde censendum est inutile esse quicquid lœdit societatem: at iniustitia lœdit societatem, ergo nulla ex ea potest colligi utilitas. Et primum de iustitia dicit, postea de utilitatibus pugnantibus cum reliquo

### IN III. LIB. DE OFFIC.

quis uirtutibus.

Neq; uero hoc solum natura,id est,iure gentium. pag.  
117.uer.3. Ius gentium est ratio, et communis sensus ho-  
minum: leges populorum, suum cuiusq; ciuitatis ius est.

Quare error erit pag. 124. uer. 5. Rhetorice amplifia-  
cat errorem hominum taxans.

Atque etiam in omni delibera. ibidem uer. 23. Exagge-  
rat honesta propter se, non propter famam diligenda:  
turpia autem uitanda propter se se, uel si ignominia, aut  
pena nulla sequeretur.

Gyges inducitur à Platone. ibidem uer. 28. Apud Pla-  
tonem. ij. τολμησθεντα.

Ponit enim pers. amici. pag. 127. uer. 19. Similitudo , ut  
in iudicij tandiu amici causam tueatur, dum per leges lis-  
cet: et ita in alijs rebus ea praeflet, quæ fas est.

Libertatemq; Græcie classe def. pag. 129. uer. 10 . His-  
toria recensetur à Demosthene, περι σφάνη. Τόνδι ἵππα  
κένειν τοῖς ἐπιταγούμενοι ἀποφθάμνον κυρσί λόρη καταλιθω-  
τεις ή μόνον αὐτέργαλλα καὶ αἱ γωνίαις οἱ ὑπετέραι τῶν γωνί-  
ών αὖτο.

Melius hi, quam nos. ibidem uer. 25. Pompeius diui-  
sit piratas in colonias, Cæsar Campanorum agrum diui-  
sit militibus.

Quod Athenis execrationibus. pag. 133. uer. 24. Obser-  
ua exemplum Atheniensium, qui execrari soliti sunt eos,  
qui erranti uiam non monstrarent.

Nequicquam sapere. pag. 135. uer. 2. Adnotauit illud  
Græcum μισθόφιστον ἐχωντος θρόνος.

Sergio Oratæ uendiderat erit pag. 136. uer. 20. Requi-  
re hoc

PHIL. MELANC. ANNOT.

re hoc ex primo de Oratore.

Digitorum percusione.pag.139.uer.ult. Proverbium,  
id est, leui momento.

*Qui cum in tenebris mices .pag. 140.uer.28. Micare  
digitis,ludi genus est.Cicero de diuinatione.*

Nam si uiolandum.pag. 143. uer. 2. Euripideum cara-  
men à Cæsare usurpatum. ἵπτη χαράδνη χρῖ, τοπωνιδε-  
νία καλλισον ἱδικῆν, τὸ ἀλλα δὲ σιρεβῆν χρέων.

O fides alma.pag.152.uer.3. Ut ex hoc patet, Fidem  
coluerunt, atq; inter deos habuerunt Romani.

At qui ab Aristippo.pag.156.uer.ulti.Aristippus Cy-  
renaicus fuit, inde nomen sectæ fuit. Et Annicerij dicti  
sunt ab Annicerio Cyrenaico.

F I N I S.

BARTOLEMÆI LATOMI  
IN PARADOXA CICERO  
NIS ADNOTATIONES.

**A**nimaduerti Brute. Pagina 235. uersu 4. Dicit se motū Catonis exēplo audacius quām illū, de Paradoxis disputasse, easq; disputationes se ad Brutū mittere.

Quod eō maius est. pag. ead. uersu 11. Comparatione sectarum ostendit Catoni, quām sibi, et Bruto difficilius esse. Locus est ex efficientibus.

Sed minutis interrogatiunculis. pag. ead. uersu 17. Intelligit argumentandi genus, quod interrogando aduersarium, per inductionem colligitur.

Cato enim. pag. ead. uer. 22. Probat se audacius fecisse, quām Catonē, conferendo genus disputationis. Subest locus à materia, et efficientibus.

Communes locos. pag. ead. uersa ultimo. Communes loci sunt communes sententiae, uulgò etiam probabiles.

¶ pag. 236. uersu 2. Paradoxa, id est, à cōmuti opinione abhorrentia.

Popularis oratio. pag. ead. uersu 4. Popularis oratio, ad uulgi captum accommodata.

Eoq; scripsi. pag. ead. uersu eodem. Alia caussa, cur scripsiterit Paradoxa.

Quoniam illud. pag. ead. uersu 8. Tusculanas questiones intelligit.

Berina. pag. ead. uersu 11. Berina, id est, proposita, unde sicut, questio infinita apud rhetores.

Vereor ne cui. pag. ead. uer. 8. Incipit ab occupatione  
e ad serua

ad seruationem, et mox transfert thema ad hypothesim, quod fiat popularior oratio. Ostendit autem pecunias in bonis numerandas non esse, quod pecuniosi plura defiderent: quod est argumentum ex adiunctis pecuniarum, et ueri boni differentia. Etenim repugnant inter se, cupidum ullius, et beatum esse.

In quo pag. ead. uersu ultimo. Reprehendit nominis appellationem, quod pecuniae non recte bona vocentur. probat ex repugnantibus.

Potest ne pag. 237. uersu 4. Ex repugnantibus.

Atqui ista pag. ead. uersu 6. Adsumptio.

Quamlibet irrideat pag. ead. uersu 9. Conclusio per exclamacionem, quam exemplo Biantis amplificat.

Siquid pag. ead. uer. 18. Occupatio, qua colligit ueri boni definitionem, et exemplis confirmat, quae habent vim ex coniugatorum natura.

Sed hec pag. ead. uer. 21. Vult rem exemplis docendam esse, nimis in populari oratione.

Illud tamē Pag. 239. uersu 4. Disputauit de pecunijs, idem sentit de uoluptate, et Epicureos inuidit, quos reprehēdit à dignitate humanae naturae: qui locus est à persona, siue subiecto: et probat uoluptatem bonum non esse ex repugnantibus.

Nec ego pag. ea. uer. 23. Incipit ab exemplis, quae vim habet ex coiugatis, M. Regulum arumnosum non fuisse, igitur nec uirtutem arumnosam non fuisse: et C. Mariū in aduersis non succubuisse, ergo nec uirtutē ulli fortunae succumbere. Nā et Regulus pro bono uiro, et Marius pro forti accipiuntur, quae sunt coniugata uirtutis.

Nescis

Nescis insane. pag. 240. uer. 4. Apostrophe, qua in  
M. Antonium inuchitur. Locus uim habet exempli à sua,  
et Antonij persona, et ad acta suorum temporum refertur.

Aptus ex. pag. ead. uer. 7. Aptus, id est, iunctus ex se se,  
neq; ex fortuna, aut aliunde pendens.

Eum tu. pag. ead. uer. 11. De actis suorum temporum  
loquitur, et munas Antonij contemnit.

Quid enim. pag. ead. uer. 14. Dicit se aliquid consecu-  
tum esse contra fortunæ uim, et inimicorum iniuriam.

Mors ter. pag. ead. uer. 20. Repetit munas Antonij,  
et contemnit acriter per divisionem.

Te miserie. pag. ead. uer. 24. Quod à se depulit, con-  
uerit in Antonium. In quo uide acrimoniam contentio-  
nis ex rei petitione, uerborum, et membris concisis.

Quamobrem. pag. 241. uersu 2. Conclusio, quam per  
sorten approbat, cuius hic ordo est. Cuius mores laudā-  
tur, eius uita laudanda est: et cuius uita laudatur, ea fu-  
gienda non est: quæ autem fugienda non est, ea non est  
misera. Ergo cuius mores laudantur, is miser non est, cun-  
ctaq; uita eius, ut beata, ac felix expetenda.

Parua, inquit. pag. ead. uer. 11. Argumentatio ex effe-  
cientibus. Nam effectus sequitur naturam causæ. Ergo  
si uitia paria sunt, et peccata, quæ inde oriuntur, paria  
sint necesse est.

Auri nauem. pag. ead. uer. 17. Declarat exemplis, quæ  
à speciebus sumuntur per inductionem.

Quod si. pag. 242. uersu primo. Argumentatio ex co-  
paratis, peccata inter se paria esse, quia uirtutes sint  
pares. Nam sub eandem rationem ueniunt peccata, et

recte facta, sicut uitia & virtutes. Explicatur argumentatio per syllogismum conditionalem, cuius assumptio colligitur per inductionem specierum, quae ex propriis confirmantur. Conclusio per soriten colligitur.

Sequitur igitur pag. ead. uersu 14. Conclusio argumentationis per soriten, cuius haec summa est: Virtutes pares sunt, igitur & uitia sunt paria, & uitia paria sunt, igitur & peccata.

A philosophis pag. ead. uer. 19. Occupatio obiectio-  
nis, quam reprehendit à prudentiae, & utilitatis ratione:  
A sapientibus doctrinam, & de bonis petendam esse, &  
homines salutari sententia ab improbitate arcendos.

Nihil ne pag. 243. uersu 30. Soluit dubitationem, fa-  
cta per se nec bona, nec mala esse: sed caussa, cur facta  
sint, distingui.

Caussa igitur pag. ead. uersu 10. Cum caussa peccadi  
proposita est, peccatur proclivius; at post, quam peccatum  
est admissum, tum paria sint inter se necesse est.

Poëtam nō pag. ead. uersu 27. Repetit uim exempli,  
quam subiecta approbatione confirmans, disputationem  
abruptè concludit,

Ego uero pag. 244. uersu 6. Ex abrupto incipit, &  
rursus thema reuocat ad hypothesin, ut fiat popularis  
oratio. Inuehitur enim in P. Clodium improbisimum ho-  
minem, & inimicum suum, ut illius improbitate demon-  
strata, cunctos improbos ut stultos esse, ita insanire cofir-  
met. Argumentatione uititur ex factis Clodij, quibus illū  
& stultum esse, & insanum ostendit.

Omnis ne pag. ea. uer. 13. A definitione ciuitatis pro-  
bat,

*bat se ciuitate pulsum non fuisse.*

*Non igitur. pag. ead. uersu 13. Concludit ciuitatem  
Tribuno Clodio nullam fuisse.*

*At uide. pag. ead. uer. 26. Alia argumentatio à perso-  
na sapietis, sibi noceri non potuisse, quod est à subiecto.  
Et mox aliud per ironiam ex differentibus, non idem esse  
bona caduca auferri, et noceri: quia hec differunt inter  
se ex repugnant. Ornat locum per contentionem.*

*Tu ne. pag. 245. uersu 13. Probat ex repugnantibus  
ciuem, et hostem inter se differre, ergo Clodium ciuem  
non esse, quia sit hostis. Hostem probat ex factis, confir-  
mat ex pari, Spartacum sic hostem fuisse. Argumentum  
subiungit ex repugnatis, ciuem non esse, qui ciuitatem  
oppresserit. Atq; inde inuidit obiectionem, quod se exu-  
lem appelleat; quod acriter reprehendens definiendo quid  
sit exilium, in Clodium conuertit.*

*Non appellatur. pag. ead. uer. 28. Schema per subiec-  
tionem. Et est argumentatio à factis Clodij, illum inimi-  
cum ciuitatis, ergo non ciuem, sed exulem esse.*

*Qui incédiun. pag. 246. uersu primo. Correctio, qua  
auget ordinem probationis, et profert priuilegium in  
Clodium. Bonam deam significat, cui matrone in domo  
Ponti. maximi sacrificabant. Historiam de Clodio lege  
apud Plutarchum in vita Cicer.*

*Quomodo. pag. ead. uersu 7. Conclusio cum occupa-  
tione, que reprehenditur à pari.*

*Laudetur uero. pag. ead. uersu 15. Incipit ab hypothe-  
si, et hinc ad sententiam thematis progreditur. Designat  
autem M. Antonium Triumuirum, in quæ hoc parado-*

xo tacitè inuehitur, negas hunc propter intemperatiam,  
et cupiditatem liberum esse. Locus est ex adiacentibus  
personæ, quæ sunt propria seruitutis.

Præclarè enim. pag. ead. uer. 25. Profert autoritatē  
doctorum, et probat quod dixit, sed occupatione pre-  
mittit sententiam, et confirmat ex definitione libertatis,  
quam pluribus uerbis exprimit.

Soli igitur. pag. 247. uer. 14. Conclusio, solū sapientē  
liberum esse. Et huic mox subiungit antithesin, quæ est  
altera pars thematis, omnes improbos esse seruos: quod  
pluribus uerbis prosequitur usq; ad finem.

Non enim. pag. ead. uer. 20. Exponit nomen seruiu-  
tis, et inde mox dicit argumentū ex ui hominis, et rei,  
omnem impotentiam fracti animi seruitutem esse, ergo  
omnes, cupidos et intemperantes, seruos. Redit ad An-  
tonium, et argumentatur ex repugnantibus.

Vos uero. pag. ead. uer. 8. Occurrit obiectioni, quam  
rursus similitudine declarando refellit.

Magna, inquis. pag. ead. uer. 13. Alia obiectio, quam ta-  
cità dimouet à proposito, et ex repugnatibus dissolut. Repugnant enim, cupidum ullius, et liberum esse.

Sint. Nam. pag. ead. uer. 19. Occupatione prescribit  
temperantiam uoluptatibus adhibendam esse, et exem-  
plis confirmat, quæ uim testimoniorum obtinent.

Mullulos. pag. ead. uer. ult. Mullus pescis genus, haud  
absimile ei, quem barbum Germani uocant.

An eorum. pag. ead. uer. 4. Loquitur de auaris, quos  
et ipsos seruos esse confirmat. Probat ab incommodis  
corum, quæ sunt propriæ seruitutis.

Quid

Quid iam pag. eadem, uersu decimo. Probat idem de ambitione, hos quoque feruos esse : mox idem de metu, & conscientia. Dicit enim ordinem inductionis, eundo per species, ex quibus uniuersae stultitiae seruitutem colligit.

Quid ualeat pag. ead. uersu 24. Probat Crassi exemplo, & uerba ex oratione eius proferens, illum ut timendum reprehendit.

Nisi nobis pagina 250. uersu primo. Inducit uerba Crassi, quæ ille in senatu habuerat contra Philippum consulem.

Quæ est pag. ead. uer. 11. Iterum contrahit thema ad certam personam, & in M. Crassum, qui diues cognomina nabatur, hoc paradoxon intendit.

Opinor. pag. ead. uer. 17. Ex definitione diuitis, probat Crassum diuitem non esse.

Qui nihil. pag. ead. uer. 21. Antithesis, qua exponendo argumentum inducit assumptionem ratiocinationis: Cuius hæc summa est, Qui nihil cupit est diues, Crassus plura cupit, ergo Crassus non est diues. Assumptionem colligit per signa, quæ sunt auari, & plura cupiētis. Déinde subiungit explicationem argumentationis.

Filiam quis. pagina 251. uersu tertio. Fictum exemplum à pari, diuicularum modum usū, non cupiditate metiendum esse.

Multi ex. pagina eadem, uersu 11. Probat ex Crassi confessione, illum plura cupere. Et uide quomodo continent unam argumentationem ex alia, impetu quodam orationis.

Meam

Meam autem. Pag.ead.uersu 12. Præmunitio ad exemplorum collationem, cur non de sua pecunia, sed de Crasso loquatur. Nam precedentî argumentationi exempla subiungit. Conferit autem continentiae exempla cum pecuniosis: et cuncta in Crassum dicit, reprehendens pecuniarum cupiditatem, et continentiam anteponendam.

Venio enim. pag.ead.uersu ulti. Transit ad sumptuosos, et cum frugalibus confert, probans frugalitatem immoderato sumptu potiorem esse.

Sed quid. pag.ead.uersu 10. Correctio per reprobationem, qua transit ad firmius exemplum.

Etenim si. pag.ead.uersu 20. Comparatio à minori, qua ex proprio bonorum ducitur.

Quanti est. pag.ead.uersu 23. Redditio cum expoliatione, qua hoc paradoxon concludit.

F I N I S.

# ERASMVS ROTE

RODAMVS ORNATISSI=  
mo viro M. Iacobo Tutori, Iuris utriusq;  
prudentissimo S. D.



LERIQUE lucubrationes suas primatibus inscribunt, partim ut ab his honestissimarum vigilarum primum ferant, partim quod ipsis contra nouitatis invicem magno nominis autoritas suffragatur. Ego uero candidissime, doctissimeq; Tutor non lucubrationes, sed cessationes meas, etiam si nequitiam ociosas, nostrae necessitudini malui consecrare: quam cum augurarer fore perpetuam, propteret quod hanc non vulgares illae amandi causa studiis funibus, sed honestissimorum studiorum societas, & uirtus ipsa immortalis adamatinis uinculis, nodoq; quod aiunt, Herculano colligasset, consentaneum esse ratus sum, ut eiusdem aeternum aliquod extaret monumentum. In rebus autem humanis aut nihil omnino durabile, aut profecto literae sunt. In proximis igitur meis inambulationibus, quibus ob ualeudinis imbecillitatem à cibo crebris uti solitum scis ( nam unus frere correptabas ) tres illos M. Tullij de officijs libellos uerè aureos relegimus, incertum maiore ne uoluptate, an fructu. Quos quociam Plinius Secundus negat unquam de manibus deponi oportere, uoluminis magnitudinem, quo ad licuit, con-

A traxi

## 2 E P I S T O L A E R A S M I .

traximus, quò semper in manib⁹ Enchiridij uice gestari, et quod scripsit idem, ad uerbum edisci possint. Pro Petri Marci commentis, utinam exquisitis potius, quam immanibus, crebras annotatiunculas adscripsimus, que uelut asterisci quidam commodè ad omnem caliginem al luceant. Præterea titulos illos, quibus nescio quis opus illud intersecuit magis, quam distinxit, partim ut ociosos sustulimus, partim ut alienos aliò traiecerimus : mutauimus omnes, atque ubiores argumentorum instar reposuimus. Neque nunquam in castigando sudor. Mendas offendimus (ut in opere tam trito) plurimas, dum notiorum inter scribendum hic compositionem perturbat, ille pro uoce, que forte fugerat, finitimam reponit, non illas quidem portentosas, sed tamen in tanto autore non ferendas. Eas omnes partim conferendis exemplaribus, in quibus incredibile quanta dissensio, partim Tuliani characteris sagaci conjectura correxiimus : ut hoc certè possim lectori spondere, nullum his exemplar propius ad archetypum accedere. Quapropter te hortor micharisime Iacobe, ut hunc pugnunculum semper in manib⁹ gestites, breuem quidem illum, sed non Vulcanijs armis aut Homericus Achilles, aut Aeneas Vergilianus munitior. Nam et fortius est cum uitijs, quam cum uiris congregi : ex, ut rectissime scripsit ille, ὅπλον μητρόν οὐ περὶ βρούσης, quod homines nullis armis melius armentur, quam uirtute. Et quanquam à Iurisperitorum latissimis campis opimam frugem demetis, tamen hic agellus licet angustus, si diligenter excolueris, omnia unus suppeditabit. Hinc efficacis succi herbas legas licet  
bit

EPISTOLA ERASMI.

3

bit, quibus per media mōstra ad uellus aureum penetres.  
Neque alibi reperies Homericam illam herbam, quam  
Moly nominant, repertu difficillimam, contra omnia  
Circes ueneficia præsentissimum antidotum. Hinc uel au-  
reum surculum, qui cōsilia tua bene fortunet, uel aureum  
ramum decerpere poteris, quo tutus etiam inferos adeas.  
Hic fons ille diuinus honestatis in quatuor riuulos se di-  
uidit, qui potus non solum uocalem, ut Aonius ille,  
uerum etiam immortalem faciet: cuius undis, si  
subinde mentis artus tinixeris, uelut Achil-  
les alter ad omnia fortunæ tela im-  
penetrabilis euades. Bene  
uale. Lutetiae quarto  
Calend. Maias.

Anno M.

CCCC. XCVIII.

A 2

# M· T V L· CI

C E R O N I S D E O F F I C I I S

Liber primus, ad Marcum filium.

A R G U M E N T U M P E R E R A S M U M  
R O T E R O D A M V M.

Ciceronem filium suo hortatur exemplo, ne simplici cuiuscum studiis addicata, sed Græca cum Latinis, & orationis virtutes cum philosophia scientia coniungat. Deinde quodcum reddat auctiorem, hanc, quæ de officijs est, philosophiae partem, duobus potissimum nominibus commendat, vel quod usus eius ad omnē utræ rationem latissime patet, vel quod hæc una sit philosophinis omnibus inter se communis. Prostremo testatur se in hac disputatione 5 storos potissimum sequi, quod hi vel optime boni hñem, ad quem officia omnia referuntur, constituerint, quem Epicurus voluptate metens summum bonum, atque Aristoteles Pyrho, & Herillus tollentes rerum delectum, officij quoque naturam subuerterint.

Tríplex ar-  
gumentum, à no-  
bilitate docto-  
ris, & item loci,  
& temporis diu-  
nitate.

Objecio est. (vñ dñ me  
pacta philo sophia gñj  
vnde Athenis) R. ut et  
tina dñ græca te nesci.



V A N Q V A M te Marce fili  
annum iam audiëtem Cratippum  
(idq; Athenis) abundare oportet  
preceptis, institutisq; philosophiae, propter summā et doctoris  
autoritatem, et urbis: quorum al-  
ter te scientia augere potest, alte-  
ra exemplis: tamen ut ipse ad meam utilitatē semper cum  
Græcis Latina coniunxi, neque id in philosophia solum,  
sed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi censeo  
faciendum, ut par sis in utriusq; orationis facultate. Quā  
quidem ad rem, nos (ut uidemur) magnum adjumentum  
Rudes, elegan-  
ter paternū ca-  
sum addidit. attulimus hominibus nostris, ut non modò Græcarum li-  
terarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitren-  
tur

tur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandum. Quam obrem disces tu quidem à principe huius etatis philosophorum: & disces quandiu uoles: tandem autem uelle debebis, quoad te quantum proficias non poenitebit. Sed tamen nostra legens, non multum à Peripateticis distinetia (quoniam utriq; & Socratichi, & Platonici uoluntate) orationem autem Latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem. Nec uero arroganter hoc dicendum existimari uelim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornata dicere (quoniam in eo studio etatem consummatum) si id mibi assumo, uideor id meo iure quodam modo uendicare. Quamobrem magnopere te hortor mihi, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui iam se illis fratribus aequali-  
tate legas. Vis enim dicendi maior est in illis, sed hoc quoque colendum est aequaliter, & temperatum orationis genus. Et id eò, quod nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere laboraret, sequiturq; & illud forense dicendi, & hoc quietum disputandi genus. Nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum uectus, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possit agnoscere. Nos autem quantum in utroque proficerimus, aliorum sit iudicium: utrumque certe fecuti sumus. Evidem & Platonem existimo, si genus forense dicens di tractare uoluisse, grauiissime, & copiosissime potuisse dicere: & Demosthenem, si illa, qua à Platone didicerat, defuit.

Dicere oratores: iudicium rebus philosophi. Honestia gratia.

Vtricq; id est tu, qui Peripateticos segris, & ego, qui Academicus esse de rebus ipsis utere tuo iudicio (nihil enim impeditio) orationem autem Latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem. Nec uero arroganter hoc dicendum existimari uelim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornata dicere (quoniam in eo studio etatem consummatum) si id mibi assumo, uideor id meo iure quodam modo deprecatur inuidiam arrogantis figura, quam licentiam uocat. Quodam modo, modestiam aequaliter, ad quantitatem fertur.

In orationibus cōtentio, in dicto sermō sedatus.

Inter philosophos in uno Demetrio etiā dīcendi studium.

Platoni dicendi exercitatio: Demostheni philosophandi.

M. T. C I C E R O N I S.

tenuisset, et pronunciare uoluisset, ornatae, splendideque; si  
Accumulatio in- cere potuisse. Eodemque modo de Aristotele, et Isocrate  
ter Aristotelem philosophum, & te iudico: quorum uterque suo studio delectatus con-  
philosophum, & te tempfit alterum. Sed cum statuisset scribere ad te aliquid  
Isocratem rhe- hoc tempore, multa posse hac, ab eo exordiri uolui maxime,  
torem, quod et atque esset aptissimum, et autoritati  
meae grauissimum. Nam cum multa sint in philosophia  
et grauia, et utilia accurate, copioseque; a philosophis  
Commendat disputata, latissime patere uidentur ea, quae de officijs  
officia a perfo- tradita ab illis, et precepta sunt. Nulla enim uitae pars  
na utriusque: de- neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque  
fnde ab utilita domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum  
te, & communis tate.

Sic et huius laetitia, non  
xal' d'or in approposito.  
altero contrahas, uacare officio potest: in eoque excelen-  
do sita uitae est honestas omnis, et in negligendo, turpi-  
tudo. Atque haec quidem quaestio communis est omnium  
philosophorum. Quis est enim, qui nullis officijs prece-  
Epicureos no- ptis tradendis philosophum se audeat dicere? Sed sunt  
tatis nonnullae disciplinae, quae propositis honorum, et malo-  
rum finibus officium omne peruertant. Nam qui sum-  
mum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum uirtute con-  
iunctum, idque suis commodis, non honestate metitur, hic  
si sibi ipse consentiat, et non interdum naturae bonitate  
vincatur, fit, ut nego amicitiam colere possit, nec iustitia,  
nec liberalitatem. Fortis uero, dolorem summum malum  
iudicans, aut temperans, uoluptatem summum bonum sta-  
tuens, esse certe nullo modo potest. Que quanquam ita  
sunt in promptu, ut res disputatione non egeat, sunt tamen  
in libris de s- men a nobis alio loco disputata. Haec disciplinae igitur si  
nibus. sibi consentaneae esse uelint, de officio nihil queant dice-  
re.

re. Neq; ulla officij præcepta firma, stabilia, coniuncta naturæ tradi possunt, nisi aut ab ijs, qui solam, aut ab ijs, qui maxime honestatem propter se dicant expetendam. Ita propria est ea præceptio Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis, & Herilli iampridem explosa est sententia. Qui tamen habez rent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquæ delectum reliquissent, ut ad officij inuentionem aditus esset. Sequimur igitur hoc quidem tempore, et in hac quaestione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed, ut solumus, e fontibus eorum iudicio, arbitrioq; nostro \*quan\* alii, quato- tum, quoq; modo uidebitur, hauriemus.

**P**lacet igitur, quoniam omnis disputatio de officio sua natura est, ante definire quid sit officium: quod à Parte Stoico prætermisso esse nutor. Omnis enim, que à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione profici, ut intelligatur quid sit id, de quo disputetur.

Quoniam non est simplex officij vocabulum, neq; poterat in generi deinirī cōmodè, diuisione explicari, duplice quidem uerbis, sed re eadem. Facit autem ex Stoicorum sententia duo genera officiorum, alterum quod perfectum vocant, estq; cum fine boni coniunctum, neque in quenquam præterquam in sapientem competit. Alterum medium, sive inchoatum, quod per se neque bonum sit, neq; malum, sed ad usum aliquem uitæ sumitur: ut recte depositū reddere, perfecti sit officij, depositū reddere, imperfecti: cū recte nisi sapiens nemo redat, reddant autem simul & simili. Vtius autem Ambrosius prioris generis esse poterat, quæ secundum consilia sunt: posterioris, quæ secundum præcepta: ut bene administrare rem, ad inchoatum officium pertineat, erogare in pauperes, ad perfectum.

**O**mnis de officio, duplex est quaestio. Vnum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes uisusitate confirmari posset. Superioris generis huiusmodi

A 4 exempl

Solam hone-  
statem Stoicos  
significans, qui  
maxime Peri-  
pateticis.

## M. TVL. CICERONIS

**exempla sunt :** Omnia'ne officia perfecta sint. Nunquid officium aliud alio maius sit. et quae sunt eiusdem generis. Inchoata officia etiam si cum sumo bono conuenientem pertinet ad finem bonorum, tamen id minus sunt et non sunt. tamen eodem respectu. Etare uidentur, de quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia diuisio est officij: nam et medium Perfectum officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium rectum (opinor) uocemus, quod Graeci ἀριστον τε in tertio rectum appellant. Hoc autem commune officium καθηκόντων τε τοῦτο rectum, εἰποῦνται. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, interpretat: est id perfectum officium esse definitum. Medium autem officiositatis actionis proprietas expificium id esse dicant, quod quorū factum sit, ratio probanda.

bilis reddi posit.

Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio.

Tres loci deliberationis. Hone stum. Utile, ad quem referuntur & illa, mā gnū, iucundū, considerando, saepe animū in contrarias sententias distinctione periculō strahuntur. Tum autem aut inquirunt, aut cōsultant ad tertium additum. Fa bius, quem dū, id est pos atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se pos sibile nominat, sint iuuare, et suos, cōdūcat id nec'ne, de quo deliberant.

Quæ deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cùm pugnare uidetur cum honesto id, quod uidetur esse utile. Cùm enim utilitas ad se rapere, honestas contra non rapere ad se uidetur, fit ut præcipua diutinatio distrahatur deliberando animus, afferatq; ancipitem eius virtus, ut abso luta sit, ram cogitandi. Hac diuisione (cum præterire aliquid max

ximum

D E O F F I C . L I B . I . 9

ximum uitium in dividendo sit) duo prætermissa sunt.  
 Nec enim solùm utrum honestum, an turpe sit deliberari  
 solet, sed etiam duobus propositis honestus, utrum hone= Comparatio  
 stius. Item duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita, nō modò in o-  
 ficio, sed etiam in plesaq; iu-  
 quam ille triplicem putauit esse rationem, in quinq; par= mnes partes sua  
 tes distribui debere reperitur. Primum igitur est de ho= forix, sed etiam  
 neslo, sed dupliciter: tum pari ratione de utili: post de dicalis incidit  
 comparatione eorum differendum. generis.  
 Paritio totius officij.

Ex veteris Academiaz, & stoicorum sententia, qui summum bo-  
 num à natura proficiunt, & hoc ipsum esse beatè uiuere, secun-  
 dum naturam uiuere, cōmemorant, quæ semina nobis natura insue-  
 rit, quæcūq; admincula addiderit, quibus accedente industria, ac ufo,  
 ad felicitatem, quod reseruntur omnia, proficiamus. Nam primo loco  
 omni animanti studium tuēdi sui indidit, id quod iure naturæ est ho-  
 minum cum pecudibus cōmune, uocatur ἡ κατὰ φύσιν ἀρετῶν, id est  
 secundum naturam primum, consequens est appetitus eorum, quæ in-  
 columirati sunt amica, fuga eorum, quæ noxia. Verum homini, quo-  
 niā non solū ē corpore cōstabat, sed etiam ex animo, ut totus esse  
 posset incolunus ratiocinandi uim addidit, unde disciplinæ omnes,  
 & virtutes illæ morales profiscuntur.

**P**rincipio generi animantium omni est à natura tri- Amor sui natu-  
 butum, ut se, uitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, ræ primum,  
 quæ nocitura uideantur, omniaq; quæcūq; ad uiuendū  
 sint necessaria, adquirat, & paret: ut pastum, ut latibula,  
 ut alia eiusdem generis. Commune autem animantium Appetitus &  
 omnium est cōiunctionis appetitus procreandi causa, & fuga.  
 cura quædā eorū, quæ procreata sunt. Sed inter hominē Quid interst  
 & belluam hoc maxime interest, quod hæc tantū, quantū inter hominis  
 sensu mouetur, ad id solum, quod adest, quodq; presens prima, & bel-  
 est, se accommodat, paulum admodum sentiens preteritum, luarum.  
 aut futurū: homo autem, quoniā rationis est particeps, Ratiocinandi  
 cōsequentia cernit, principia, & causas rerum uidet, ea= nis hominis p-  
 rumq; progressus, & quasi anteceptiones non ignorat, ria.

A 3 simi

similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit,  
 atque annexit futuras, facile totius uitae cursum uidet, ad  
 eumque regendum preparat res necessarias. Eademque na-  
 turalia semina, tura uia rationis hominem conciliat homini et ad ora-  
 soemque  
 Liberalitatis se-  
 mina.  
 Prudentiae se-  
 mina.  
 3  
 Magnanimitatis semina.  
 Modestiae, seu  
 temperantiae semina.  
 Decori quod  
 est in vita semi-  
 natum.  
 Oculi ad cogni-  
 tionem princi-  
 pes.

similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit,  
 atque annexit futuras, facile totius uitae cursum uidet, ad  
 eumque regendum preparat res necessarias. Eademque na-  
 turalia semina, tura uia rationis hominem conciliat homini et ad ora-  
 soemque  
 Liberalitatis se-  
 mina.  
 Prudentiae se-  
 mina.  
 Ex quo intelligitur, quod uerum, simplex, syncerumque  
 id esse naturae hominis aptissimum. Huic ueri uiden-  
 di cupiditati adiuncta est appetitio quedam principa-  
 tus, ut nemini parere animus bene a natura informatus  
 aut docenti, aut utilitatis causa  
 instet, et legitimè imperanti: ex quo animi magnitudo  
 existit, humanarumque rerum contemptio. Nec uero illa  
 parua uis naturae est, rationisque, quod unum hoc animal  
 sentit quid sit ordo, quid deceat: in factis, dictisque qui  
 modus. Itaque eorum ipsorum, que affectu sentiuntur,  
 nullum aliud animal pulchritudinem, uenustatem, conve-  
 nientiam partium sentit. Quam similitudinem natura-  
 ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam  
 magis

magis pulchritudinem, cōstantiam, ordinem in consilijs,  
factisq; conseruandum putat, cauetq; nequid indecorē,  
effeminate ue aut faciat, aut cogitet. Quibus ex rebus cō-  
flatur, & efficitur id, quod querimus, honestū: quod d etiā <sup>Ex hōne-</sup>  
si nobilitatum non sit, tamen honestum sit: quodq; iure di- <sup>lī, quoq; rē</sup>  
cimus, etiam si à nullo laudetur, laudabile esse natura. For- <sup>xerōphāμα qd̄</sup>  
mam quidem ipsam Marce fili. & tanquam faciem ho- <sup>est per se lada</sup>  
nesti uides: que si oculis cerneretur, mirabiles amores <sup>mo laudet. W-</sup>  
(ut ait Plato) excitaret sapientie.

De quatuor virtutibus, unde omnia virtus communis  
officia manant, prudētia, iustitia, fortitudine, &  
temperantia; ac de materia singulorum.

**S**ed omne quod honestum est, id quatuor partium <sup>4</sup>  
Soritur ex aliqua: aut enim in perspicientia ueri, so-  
lertiaq; uersatur: aut in hominum societate tuenda, tri-  
buendoq; suum cuiq; & rerum cōtractarum fide: aut in  
animi excelsi, & iniuncti magnitudine, ac robore: aut in  
omnium, que sunt, queq; dicuntur, ordine, & modo, in <sup>Omnes virtu-</sup>  
quo inest modestia, & temperantia. Que quatuor quan- <sup>absoluta iuxta</sup>  
quam inter se colligata, atq; implicata sunt, tamen ex sin- <sup>Platonem.</sup>  
gulis certa officiorum genera nascuntur: uelut ex ea par-  
te, que primò descripta est (in qua sapientiam, & pru-  
dentiam ponimus) inest indagatio, atque inuentio ueri:  
eiusq; uirtutis hoc munus est proprium. Ut enim quisq; <sup>Prudentia in</sup>  
maxime perspicit, quid in re quaq; uerissimum sit, quiq; sita est, sors re-  
acutissime, & celerrime potest & uidere, & explicare liquatum.  
rationem, is prudentissimus, & sapientissimus rite ha-  
beri solet. Quocirca huic quasi materia, quam tractet,  
& in qua ueretur, subiecta est ueritas. Reliquis autem  
tribus

¶2 M. TVL. CICERONIS

tribus uirtutibus necessitates propositae sunt ad eas res parandas, tuendasq; quibus actio uitæ continetur, ut & **Iustitia in societas hominum, coniunctioq; seruetur, et animu excellētia, magnitudoq; tum in augēdis opibus, utilitatibusq; et sibi, et suis comparādis, tum multò magis in his ipsis factuō in despiciendis eluceat.** Ordo autem, et constantia, et modicō cōtempū dīderatio, et ea, quæ sunt his similia, uersantur in eo geneſiſtatum. **Experantia in re, ad quod adhibenda est quādam actio, non solum men quābili modo tis agitatio.** His enim rebus, quæ tractantur in uita, modū rerum omnīs. **Decorū, velut quendam adhibentes, et ordinem, honestatem, et decus umbra corporis, honestatēm cōsequitur.**

De prudentia uirtutum omnium principe, & quid in ea fugiendum, quid sequendum.

**Prudentiae us primū à na-** **E**X quatuor autem locis, in quos honesti naturam, **temeritas aſſe- ſerendi uicioſa.** **Curiositas fu-** **Euimq; diuīsimus, primus ille, qui in ueri cognitione **consistit, maxime naturam attingit humanam.** Omnes enim trahimur, et ducimur ad cognitionis, et scientie cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, et malum, et turpe ducimus. In hoc genere naturali, et honesto duo uitia uitāda sunt: Vnum, ne incognita pro cognitus habeamus, hisq; temere aſſentiamur. Quod uitium effugere qui uoleat, (omnes autem uelle debent) adhibebit ad considerandas res et tempus, et diligentiam. Alterum est uitium, quod quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res obscuras, atque difficiles conferunt, easdemq; non necessariis elaboſtis, et cognitione dignis operæ, curæq; ponet, id iure Sulpitius exerſitus, et cognitione dignis operæ, curæq; ponet, id iure ciuium Romanū laudabitur: ut ih̄ astrologia C. Sulpitium audiuimus, in geometria**

¶ opere curvorum aliqd p̄ficiſt  
Nō q̄ forte obſeruari posse  
Ciceronē illig amittit uero fideſ  
ſe somniet, q̄ ipſi statim de-  
teſſit. v.

geometria Sextum Pompeium ipsi cognouimus : multos fali formidine  
 in dialecticis, plures in ciuili iure. Quæ omnes artes in ue libraui, luna-  
 ri investigatione uersantur, cuius studio à rebus agendis ris elipsatio  
 nem differens. Sexus Pöpe abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in ius gomeiræ studiosus.  
 actione consistit, à qua tamē sepe fit intermissio. Multiq; Dialetica, ius  
 dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quæ nun- politicum.  
 quam quiescit, potest nos in studijs cogitationis etiam  
 sine opera nostra continere. Omnis autem cogitatio, mo  
 tusq; animi aut in consilijs capiendis de rebus honestis,  
 et pertinentibus ad bene, beateq; uiuendum, aut in stu  
 dijs scientiae, cognitionisq; uersatur. Ac de primo qui  
 dem officij fonte diximus.

+ Sectio 2. è ita in libris, ut inter  
 riu nro vte ciuili offi deforunt.

## IVSTITIA.

**D**E tribus autem reliquis latissime patet ea ratio,  
 qua societas hominū, et uita quasi cōmunitas con- 6  
 tinetur. Cuius partes due sunt. Iustitia, in qua virtutis Iustitia & be-  
 splendor est maximus, ex qua boni uiri numerantur: et \* als, nominā  
 huic est cōiuncta beneficentia, quam eandem uel benigni tur  
 tatem, uel liberalitatem appellari licet. Sed iustitiae primū  
 munus est, ut neci quis noceat, nisi lacescūs iniuria. 7  
 Déinde ut communib; ut priuatis ut suis. Sunt autem priuata nulla natura, sed aut ue- 8  
 teri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerūt: aut Prioris gene-  
 uictoria, ut qui bello potiti sunt: aut lege, pactione, con- 9 sultos res  
 ditione, sorte. Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum, quædā commu-  
 dicatur: Tusculanus, Tusculanorum. Similisq; est priu- 10 quædā uni  
 tarum possessionum descriptio. Ex quo, quia suum cu- ueritatis, que-  
 iusq; fit eorum, que natura fuerat communia, quod cuiq; Descriptio ex-  
 obtigit, id quisq; teneat. Eo si quis sibi plus appetet, uio- labit  
 labit

# Dīa n. de morib; frueat h̄t practicu, o theoristica;  
 o satis e haec frueat ac de illis disputatione pōe, fed  
 efficenda re ip a. It, & ipso opere exhibenda.

**Ad Archiam.** labit ius humanæ societatis. Sed quoniam, ut præclarè scri-  
 ptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem parentes, partem  
**11 amici:** atq; ut placet Stoicis, que in terris gignuntur, ad  
 usum hominum omnia creari, homines autem hominum  
**Benicitia** causa esse genitos, ut ipsi inter se, aliis alij prodesse pos-  
 quis rebus sent, in hoc naturā debemus ducem sequi, et communes  
**12 utilitates** in medium afferre mutatione officiorum, dādo,  
 accipiendo: tum artibus, tum opera, tum facultatibus de-  
 uincire hominum inter homines societatem.

Fides iustitiae fundamentum ab etymologia.  
**V**idets exp̄re sic graeca  
 summa, lo que, uerba  
 egeni, uoula, rati, dico, mūs.  
**E**fundamentum est autem iustitiae Fides: id est, dicto-  
rum, conuentorumq; constantia, et ueritas. Ex quo  
 quanquam hoc uidebitur fortasse cuiquam durius, tamen  
 \* als, uide = \*audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt unde  
 mur uerba sint ducta: credamusq; quia fiat quod dictum est,  
**Fides unde dicitur.** appellantur fidem.  
 Duo item iustitiae genera, ut iustitiae: &  
 unde oriuntur.

**A**naxagoraios luv  
 mei dico, oīvns.  
**S**ed iniustitiae duo genera sunt. Vnum eorum, qui in-  
 ferunt: alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur,  
 si possint, non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste im-  
 petum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturba-  
 tione incitatus, is quasi manus uidetur afferre socio:  
 iniurias: & de: qui autem non defendit, nec obſiſit, si potest, iniurie,  
 ferior pariter tam est in uitio, quam si parentes, aut patriam, aut so-  
 luitur à meru. cios deferat. Atq; illæ quidem iniurie, quæ nocendi cau-  
 tientia ab im- prudēt, iuria sa de industria inferuntur, ſepe à metu profiſcuntur:  
 nō eſt, uifl ipſa ut cūm is, qui nocere alteri cogitat, timet ne niſi id fece-  
 uitiosa ſit igno- rit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem  
 tantia. Aris.

**L**ouis extat in eſta, ad Andlyte Taracilim, his verbis: adhuc xaxcūro ſu et  
 evdugndas, oti excaſos nō uir ſX dñliꝝ pñvov pñ ſorov, adhuc lñs pñ  
 vñ ſorov ſiquis lo que h n̄ ral q̄s uereſtulas, lo di h n̄ ſerris uales, lo  
 d̄c or depreſi q̄d.

partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, Iniuria ab aua-  
ut adipiscantur ea, quæ cōcupierunt: in quo uitio latifi-  
me patet avaritia. Expetuntur autē diuitiae cūm ad usus  
uitiae necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. In qui-  
bus autem maior est animus, in iis pecuniae cupiditas spe-  
ctat ad opes, & ad gratificandi facultatem: ut nuper M.  
Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, Crassus dives,  
qui in Rep. princeps uellet esse, cuius fructibus exercitū  
alere non posset. Delectant etiam magnifici apparatus, Iniuria & ma-  
nitæq; cultus cum elegantia, & copia: quibus rebus esse gntificentia flu-  
etum est, ut infinita pecuniae cupiditas esset. Nec uero rei Iniuria ab aua-  
familiaris amplificatio, nemini nocens, uituperanda: sed  
fugienda semper iniuria est. Maxime autem adducuntur  
pleriq; ut eos iustitiae capiat obliuio, cūm in imperiorū,  
honorum, gloriae cupiditatem inciderint. Qod enim est  
apud Ennium: Nulla sancta societas, nec fides regni est. Non bene cūm socijs  
id latius patet. Nam quicquid eiusmodi est, in quo non regna demiss. manent  
possint plures excellere, in eo sit plerunq; tanta conten-  
tio, ut difficillimum sit sanctam seruare societatem. Decla- ovid.  
rauit id modo temeritas C. Cæsar, qui omnia iura diui  
na, atq; humana peruerit, propter eum, quem sibi ipse  
opinionis errore finixerat, principatum. Est autē in hoc  
genere molestū, quod in maximis animis, splēdidiſsimisq;  
ingenijs plerunq; existunt honoris, imperij, potentie, Animi sublimi-  
tatem propriètatem, Cæsar tribuit  
gloriae cupiditates. Quo magis cauendum est, nequid in Plinius,  
eo genere peccetur.

## Iniuria alia, alia levior.

**S**ed in omni iniustitia permultū interest, utrū per-  
turbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est,  
& ad

*E*s ad tempus, an consultò, *E*s cogitato fiat iniuria. Le-  
viora sunt enim, quæ repente aliquo motu accident,   
quam ea, quæ meditata, *E*s preparata inservintur. Ac de  
inferenda quidem iniuria satis dictum est.

Causas recenset, unde secundum iniusti-  
tiae genus orizantur.

Metus incom-  
modorum, fu-  
ga sumptus.

Desidia.  
Occupatio.

Dānat ignauā  
philosophiam.

Preteterrit tendae autem defensionis, deserendiq; offi-  
cij plures solent esse car'sae. Nam aut inimicitias, aut  
laborem, aut sumptus suscipere nolunt; aut etiam neglig-  
gentia, pigritia, inertia: aut suis studijs quib' fidam, occu-  
pationibus're sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeat,  
desertos esse patientur. Itaq; uidendum est, ne non satis  
sit id, quod apud Platonem est in philosophos dictum:  
quod in ueri inuestigatione uersentur, quodq; ea, quæ ple-  
riq; uehementer expetunt, de quibus inter se digladiari  
solent, contemnant, *E*s pro nibilo ducant, propterea iu-  
stos esse. Nam dum alterum iustitiae genus assequuntur,  
inferenda, necui noceant, iniuria: in alterum incidunt.

Hoc Plato in Discendi enim studio impediti, quos tueri debent dese-  
libitis de rep. leganter ostendit. Itaq; eos ad Remp. ne accessuros quidem pr'tat, nisi  
dit per fabriū, coactos: equius autem erat id voluntate fieri. Nam hoc  
in specu sedēt ipsum ita iustum est, quod rectè sit, si est voluntariū. Sunt  
id qd' Ciceroni etiam, qui aut studio rei familiaris t'ende, aut odio quo-  
no probari ui-  
to politico & dam hominum, suum se negocium agere dicant, ne facere  
natura subina-  
ni nō est mitio. cuiquam uideantur iniuria: qui dum altero iustitiae ge-

Alia deserent  
nere uacant, in alterum incurrint. Deserunt enim uitæ so-  
di officij causa,  
Horat. Dilissimū  
lator opis pro-  
priæ mihi com-  
modus uni. cietatem, quia nihil conferunt in eam studij, nihil opera,  
nihil facultatum. Quando igitur duobus generibus in-  
iustitiae propositis, adiunximus causas utriusque generis,

*cqd'*

eaq; res antè constituimus, quibus iustitia continetur, facile quod cuiusque temporis officium sit poterimus, nisi nosmetipos ulde amabimus, iudicare. Est enim diffi-  
cils cura rerum alienarum, quanquam Tarentianus ille Ex Heautonti  
Chremes humani nihil à se alienū putat. Sed tamen quia mortuorum ini-  
magis ea percipimus, atq; sentimus, que nobis ipsis aut Pudens, l' o' dixit m.  
prospera, aut aduersa eveniunt, quam illa, que ceteris, 2d' ab aliis quovs s' credet,  
que quasi longo interullo intericto uidemus, aliter de Sua quinq' premunt, ale-  
illis, ac de nobis iudicamus. Quocirca bene præcipiunt, Ac pro quam,  
qui uentur quicquam agere, quod dubites & quum sit, an Proverbiū,  
iniquum. Aequitas enim lucet ipsa per se: dubitatio cogi- ne feceris.  
tationem significat iniuria.

Dicitur officia pro circonstantib; variari, & quod officiosum erat, id contra officium fieri auctus maxime modis, si aut ab utilitate re-  
cedatur, aut minus uile praefatur utiliori: quin inter dum præter  
officium esse, nimium innarete iuris apicibus.

**S**ed incidentur sāpe tempora, cùm ea, que maxime ui-  
dentur digna esse iusto homine, eoq;, quem virum  
bonum dicimus, commutantur, fiuntq; contraria: ut redi-  
dere depositum, etiam facere promissum: quaeq; perti-  
nent ad ueritatem, et ad fidem, ea negare interdum, et  
non seruare, sit iustum. Referri enim decet ad ea, que  
posui in principio, fundamēta iustitiae: primum, ut ne cui Communi, id  
noceatur: deinde, ut communi utilitati seruiatur. Et cùm est, tum eius, q;  
tempore cōmutantur, commutatur officium, et non sem- præstat iustum,  
per est idem. Potest etiam accidere promissum aliquod, Cōuenient p̄ræ-  
et conuentum, ut id effici sit inutile uel ei, cui promis- stare nonnunq;  
sum sit, uel ei, qui promiserit. Nam si (ut in fabulis est) cōtra officium,  
Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset, The- Tragici ex-  
seus filio Hippolyto suo non esset orbatus. Ex tribus ab aucto Neptu- plū. Theseus  
plū. Theseus tria optauerat

vo, ut Minotau enim optatis (ut dicitur) hoc erat tertium, quod de Hip  
rum cōsideret, polysi interitu iratus optauit: quo impetrato, in ma-  
ut sibi ad infē-  
tos dareur adi ximos luctus incidit. Nec promissa igitur seruanda sunt  
tū vñsceretur. *ea, que sint ijs, quibus promiseris, inutilia nec si plus*  
*tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris.* Contrā,  
officium est, maius anteponi minori: ut si constitueris te  
cuiquam aduocatum in rem præsentem esse uenturum,  
atque interim grauiter ægrotare filius cooperit, non sit  
contra officium, non facere quod dixeris: magisq; ille,  
cui promissum sit, ab officio discedat, si se desitutum  
queratur. Iam illis promisiis non standum esse quis non  
fis, ut manere uidet, que coactus quis metu, que deceptus dolo pro-  
dicit. Que quidem pleraq; iure prætorio liberantur,  
nonnulla legibus.

In iurisdicialibus officijs equitas spectanda, nō uerbis inhærendā.

**E**xistunt etiam sepe iniuriæ calumnia quadā, & ni-  
mis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex  
quo illud: Sumnum ius, summa iniuria: factum est iam tri-  
tum sermone, prouerbium. Que in genere etiam in Re-  
publica multa peccantur: ut ille, qui, cum centum triginta  
dierum essent cum hoste pacte inducie, noctu populabas  
cōmentū Cleo-  
meni Lacede-  
monio adscri-  
bit in apoph.  
Qu. Labeo.  
Plutarchus hoc  
cōmentū Cleo-  
meni Lacede-  
monio adscri-  
bit in apoph.  
Qu. Labeo.  
Ex Heanton-  
tiorumeno.

15  
tum sermone, prouerbium. Que in genere etiam in Re-  
publica multa peccantur: ut ille, qui, cum centum triginta  
dierum essent cum hoste pacte inducie, noctu populabas  
cōmentū Cleo-  
meni Lacede-  
monio adscri-  
bit in apoph.  
Qu. Labeo.  
Plutarchus hoc  
cōmentū Cleo-  
meni Lacede-  
monio adscri-  
bit in apoph.  
Qu. Labeo.

Nec nosler quidem probandus, si uerum est Q. Fa-  
cilem Labeonem, seu quem alium (nihil enim præter ali-  
ditum habeo) arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de fi-  
niibus à senatu datum, cum ad locum uenisset, cum utrisq;  
separatum loquutum, ut ne cupide quid agerent, nec op-  
peterent, atque ut regredi, quam progredi mallent. Id

Carthaginis conditores Phoenices cū ad Lybian appulſent, rogavānt iudeas, ut se nocte  
& dieū susciperent. Quod igitur, uoluerunt discedere, ut q; peregrinarent, sedes et us-  
ores manfuessent. Louisa uita Denon de Metaponti uascul.

cum utriq; fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictū quod erat, populo Romano adiudicauit. Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Sunt autem quedam officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. Est enim ulciscendi, & puniendi modus. Atq; <sup>Quod in punienda iniuria</sup> haud scio an satis sit eum, qui lacessierit, iniurie sua pœnitere: ut & ipse nequid tale posthac committat, & caesi sint ad iniuriam tardiores.

Hactenus de ciuiti iustitia, nunc de bellicis officijs. Facit autē duo bellū genera, quorū utrīc communia sunt hæc: ut non nisi iustis de causis suscipiantur, ne inferantur nisi rebus reperitis, nisi solenniter denunciata, ut rite gerantur, ne sequatur supra modum in afflictione humanius etiam qui se dedunt recipiantur, fides hosti etiam priuatum praetulerit, non modō in cōuentis solennibus. Propria uero sunt illa, ut cum hoc uostuum genere, qui de imperio certant, humanius agamus: cum his qui uitam nostram petunt, severius.

**A**Tque in Republica maxime conseruanda sunt iura abelli. Nam cùm sint duo genera dicertandi: unum per disceptationem, alterum per uim: cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, configiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuantur. Parta autem uictoria, conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt: ut maiores nostri Tusculanos, Equos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt: at Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt. Nolle Corinthum, sed credo illos secutos opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortans.

Hos etiam  
in ciuitatem re  
cepit.

Carthago in  
Africa, Numas  
tia in Celtibe  
ria a Scipione  
Aemiliiano sun  
ditus exerce.  
Corinthus item

## B 2 vi. Mea

Lauda ē Ciceronis iugentulas, q; ue patrice q̄tē  
charitatis delicia dīsimulat, & tu utrāq; excusare tu,  
deat.

in Achaia. à L. ri. Mea quidem sententia paci, quæ nihil habitura sit infirmatio sublata, qd̄ lähmos diarum, semper est consulendum. In quo si mihi obtinetur, & ad bellum mouendum peratum esset, & si non optimam, at aliquam Rem publicam, quæ nunc nulla est, haberemus. At cum ijs, quos uideam, opportuna.

De officio in uiceris, consulendum est, tum ijs, qui armis positis ad immitationes.

Aries machi- peratorum fidem configunt (quamvis murum aries na, qua portæ percussit) recipiendi. In quo tantopere apud nostros quatuor: <sup>16</sup> iustitia culta est, ut ijs, qui ciuitates, aut nationes deuicias unde arietare, bello in fidem recepissent, earum patrōni essent more ma-

iorum. Ac belli quidem æquitas sanctissime faciali populi Romani iure prescripta est. Ex quo intelligi potest

nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit, ex indictum. Pompilius imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu

Quanta sacra- Catonis filius tyro militabat. Cum autem Pompilio ui- mēti militaris deretur unam dimittere legionem, Catonis quoque fi- religio maiori- lium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum bus.

amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Pompilius scripsit, ut si eū pateretur in exercitu remanere,

secundo eum obligaret militiae sacramento: quia priore amissio, iure cū hostibus pugnare non poterat. Adeo sum-

\* als, missum factum ma erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidē Ca-

tonis senis epistola est ad M. filium, in qua scripsit se au-

ne pro nepote disse eum\* factum dimissum à consule esse, cū in Macedo-

nia Vicente intellegeres, ni- nia Persico bello miles esset. Monet igitur ut caueat, ne

si manus ad absolutionem quatenus seferre. prelium ineat. Negat enim ius esse, qui miles non sit, pu-

Olim hostes, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, qui nūc peregrini lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud

maio

maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicitur, olim perdu-  
cimus. Indicat enim duodecim tabula: Aut status dies cum electiones, seu p-  
duelles: nam bellum antiquum du-  
boste. Itemque: Aduersus hostem aeterna autoritas. Quid ad illum antiquum du-  
hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bella ge-  
ras, tam molli nomine appellari? Quāquam id nomen du-  
rissus iam effectu uterius: à peregrino enim iam recessit,  
et propriè in eo, qui ferret arma contraria, remansit. Cum Cū iis, qui de  
uero de imperio decertatur, belloque queritur gloria, cau-  
sus omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi pau-  
lo ante iustas causas esse bellorum. Sed ea bella, quibus rendum.  
imperij gloria proposita est, minus acerbè gerunda sunt.

Vt enim cum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, Id est, uti ciuilis  
aliter si competitor: cum altero certamen honoris, et dis-  
ginitatis est, cum altero capitis, et famae: sic cum Celtiberis, cum ceteris  
Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur, uter cum aliis, qui de  
esset, non uter imperaret: cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho, de imperio dimicabatur. Pœni fœdi-  
fragi, crudelis Annibal, reliqui iustiores. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara:

Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis:

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,

Ferro, non auro uitam cernamus utriq.

Vos ne uelit, an me regnare hera, quid' ue sitat fors

Virilite experiamur. et hoc simul accipe dictum:

Quorum uirtuti belli fortuna pepercit,

Eorundem me libertati parcere certum est:

Dono ducite, doc; uolentibus cum magnis dijs.

Regalis sane, et digna Aeacidarū gente sententia. Atque ad Pyrrhū A-  
etiam siquid singuli temporibus adducti hosti promise-  
chillis filium ge-  
nus suum refe-  
rint

rebat, cui <sup>autem</sup> rint, est in eo ipso fides conseruanda: ut primo Punico  
 fuerat <sup>17</sup> bello Regulus captus à Pœnisi, cùm de captiuis commu-  
 tando Romam missus esset, iurassetq; se redditurum: pri-  
 mū, ut uenit, captiuos reddendos in senatu non cen-  
 suit: déinde cùm retineretur à propinquis, & ab amicis,  
 ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fal-  
 lere. Secundo autem Punico bello, post Cannensem pu-  
 gnam, quos decem Annibal Romam adstrictos misit in-  
 reiurando se reddituros esse, nisi de redimendis ijs, qui ca-  
 pti erant impetrassen: eos omnes, censores, quoad quisq;  
 eorum uixit, qui peccassen, in aerarijs reliquerunt: nec  
 minus illum, qui iuris uandi fraude culpam inuenierat.  
 Cùm enim Annibalis permisso exisset è castris, redijt pau-  
 lo pòst, quòd se oblitum nescio quid diceret. Deinde egris  
 sus è castris iureiurando se solutum putabat: & erat uer-  
 bis, re non erat. Semper autem in fide quid senseris, non  
 quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum  
 est iustitia in hostiem à maioribus nostris constitutum.  
 Cùm à Pyrrho perfuga senatu est pollicitus se uenenum  
 regi daturum, & eum necaturum: senatus, & C. Fabri-  
 cius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, & po-  
 tentis, & bellum ultro inferentis cum scelere interitum  
 approbauit. Ac de bellicis quidem officijs satè dictum est.  
 Meminerimus autem etiam aduersus infimos iustitiam  
 Officium do- esse seruandam. Est autē infima conditio, & fortuna ser-  
 mini in seruos.  
 T <sup>triplex</sup> nocen- Cùm autem duobus modis, id est, aut ui, aut fraude fiat  
 di genus, ut ap- iniuria, fraus quasi uulpecula, uis Leonis uidetur: utrumq;  
 ta, fraude oc- alienissi

Ex alio adixiā, doncū dixiātū sīvai, quādū. Plato.

D E O F F I C . L I B . I .

23

alienisūm ab homine, sed fraus odio digna maiore. colta, & sub ad  
Totius autem iniustie nulla capitalior est, quādū eorum, umbrata hone-  
qui tūm, cūm maxime fallunt, id agunt, ut uiri boni esse ui si persona, qđ  
deantur. De iustitia satis dictum est. est omnium lē-  
tissimum.

De liberalitate secunda iustitiae parte, quādū tamen Aristoteles mo-  
destia videret annectere, in qua tria potissimum spectanda docet Ca-  
tero: nequid demus, quod accipienti sit nocitum, nēne quod alijs  
largiamur, ab alijs per iniuriam auferamos. Secundum, ut pro facul-  
tatū modo liberalitatem exerceamus. Tertiū, ne demus quibus nō  
dōportet. Dandum autem aut virtute cōmendatis: aut ijs, qui nos ho-  
nesta benevolentia profequantur: aut quibulcum nobis aliquod fo-  
cieratis vinculū intercedit: aut deniq; qui bene de nobis meriti, qui-  
bus & cum fōnore beneficium remetiendū. Postremo societatis hu-  
mane gradus à summo fonte repetens, inter se componit, ut quādū  
cuipq; debetur, tantum prælectur. Sed hac de parte deneca pluribus  
libris diligenter scriptū.

**D**Einde (ut erat propositum) de beneficentia, & de  
liberalitate dicatur: qua quidem nihil est naturae ho-  
minis accommodatius. Sed habet multas cautions. Viden-  
dum est enim primū ne obsit benignitas, & ijs ipsis,  
quibus benignè uidebitur fieri, & ceteris. Deinde, ne  
maior benignitas sit, quādū facultates. Tum, ut pro digni-  
tate cuipq; tribuantur. Id enim est iustitia fundamētum, ad  
quam hæc referenda sunt omnia. Nam & qui gratifican-  
tur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse uelle uideantur,  
non benefici, neq; liberales, sed pernicioſi, atq; affentato-  
res iudicandi sunt. Et qui alijs nocēt, ut in alios liberales  
sint, in eadē sunt iniustitia, ut si ipſi in suā rē aliena con-  
uertant. Sunt autem multi, & quidem cupidi splendoris,  
& gloriæ, qui eripiunt alijs, alijs quod largiantur. Hiq;  
arbitrantur se beneficos in suos amicos uisum iri, si lo-  
cupletent eos quacunq; ratione. Id autem tantū abest ab  
Beneficentia  
maximē secun-  
dum naturam.  
Quomodo dā  
dum, quādū,  
& quibus.  
Vt si, pro ac si.  
Terentius: Vt  
si esset frater.

B 4

offi

officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium. Vi-

dendum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quae profit

Tyrannicali-  
beralitas Cæfa  
ris & Sylla.

amicis, noceat nemini. Quare L. Sylla, & C. Cæsar is pecu

niarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet

liberalis uideri. Nihil est enim liberale, quod nō idem sit

Dandum pro iustum. Alter erat locus cautionis, ne benignitas maior

esset, quam facultates: quod qui benigniores uolunt esse,

quam res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi

sunt in proximos. Quas enim copias his & suppeditari

æquum est, & relinquere, eas transferunt ad alienos. Inest

\*al's, delibe= autem in tali\* liberalitate cupiditas plerūq; rapiendi, &

ratione auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppeditant co-

Refer quo ani- pie. Videre etiam licet plerosq; nō tam natura liberales,

mo des. quam quadā gloria ductos, ut benefici uideantur facere

multa: quæ uidentur ab ostentatione magis, quam à uolum

tate profici. Talis autem simulatio uanitati est coniun-

Quibus dan- clior, quam aut liberalitati, aut honestati. Tertium est

dum, probis ui- propositum, ut in beneficētia delectus esset dignitatis: in

tis, charis, ali- quo vinculo no-

bis coniunctis, conferetur, & animus erga nos, & communitas, & so-

cietas uite, & ad nostras utilitates officia antè collata:

que ut concurrent omnia, optabile est: si minus, plures

cause, maioresq; ponderis plus habebunt.

Mores non ad exactam illam sapientis Stoici rationem specian-

dos, sed ciuilem virtutis imaginem.

**Q** uoniam autem uiuitur non cum perfectis homini-

bus, pleneq; sapientibus, sed cū ijs, in quibus præ-

clarè agitur, si sint simulachra uirtutis, etiam hoc intelli-

gendum puto, nemnē omnino esse negligendum, in quo

aliqua

aliqua significatio uirtutis appareat. Colendum autem esse ita unūqueng; maxime , ut quisq; maxime his uirtutibus lenioribus erit ornatus,modestia, temperantia , ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt,injustitia. Nam fortis animus, et magnus in homine non perfecto,nec sapiente feruentior plerunq; est: illae uirtutes virum bonum uidentur in potius attingere. Atq; hæc in moribus.

**Quomodo consideranda sit benevolentia aliorum erga nos.**

**D**e benevolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diliguntur. Sed benevolentiam non adolescentium more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius, & constantia iudicemus.

Bene meritis de nobis quomodo refenda gratia.

**S**in erunt merita, ut non incunda, sed restrēda sit gratia, maior quedam cura adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea, quæ acceperis utenda, maiore mensura (si modo possis) iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficij, alterum reddendi: demus nec'ne, in nostra potestate est: non reddere, uiro bono non licet, modo id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt deleclius habendi. Nec dubium, quin maximo cuique plurimum debatur. In quo tamē in primis quo quisque animo,

Xacilas y ebanos <sup>B 5</sup> studio

Beneficia po-studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. Multi  
eiusmā animo enim faciunt multa, temeritate quadam, sive iudicio, vel  
dantis metienda. modo in omnes, vel repentina quodam (quasi uento)  
impetu animi incitati: quae beneficia aequē magna non  
sunt habenda, atque ea, quae iudicio, consideratē, con-  
Non dandā ut stanterq; delata sunt. Sed in collocando beneficio, et in  
recipias, sed ut referenda gratia (si cetera paria sint) hoc maxime offe-  
cij est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum  
opitulari. Quod contrā sit à plerisq; : à quo enim pluri-  
mū sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissi-  
mum inferuiunt.

In coniunctione uitæ quis ordo, ac primum de societate uniuersa  
li omnium mortalium.

**O**pime autem societas hominū, coniunctioq; serua-  
bitur, si ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum  
benignitatis plurimum conferetur. Sed quae naturæ prin-  
cipia sint cōmunitatis, et societatis humanae, repetendum  
altius uidetur. Est enim primum, quod cernitur in uniu-  
**P**rimi societa- si generis humani societate. Eius autem uinculum est ra-  
tis humanae son- tio, et oratio: quae docendo, discendo, communicando, di-  
tes, ratio, & ora- sceptando, iudicando conciliat inter se homines, coniun-  
gitq; naturali quadam societate. Neq; illa re longius ab-  
sumus à natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem se-  
pe dicimus, ut in equis, in leonibus: iustitiam, aequitatem,  
bonitatem non dicimus. Sunt enim rationis, et orationis  
**I**us naturæ. Ac latissime quidē patēs hominibus inter ipsos,  
omnibus inter omnes societas haec est, in qua omnium re-  
rum, quas ad communem usum hominum natura genuit,  
est seruanda cōmunitas: ut quae descripta sunt legibus, et  
iure

**I**ure ciuili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum: è quibus ipsis cetera sic obseruentur, ut in Græcorum proverbio est: Amicorum esse omnia communia. Omnia autem con munia hominum uidentur ea, que sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re, trâsferri per multas potest:

Bellissimi Ennij uestus.  
\*comiti

Homo, qui erranti\* comiter monstrat uiam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,

Nihilominus ipsi ut luceat, cum illi accenderit.

Vna enim ex re satis præcipit, ut quicquid sine detrimen to posit cōmodari, id tribuat uel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem: pati ab igne ignem capere, si quis uelit: consilium fidele deli beranti dare: qua sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non molesta. Quare & his utendum est, & semper aliquid ad communem utilitatem affrēdum. Sed quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennij finē, nihilominus ipsi ut luceat: ut facultas sit, qua in nostros simus liberales.

**G**radus autem plures sunt societatis hominum. Ut ab illa prima 19 cōmuni genim ab illa infinitate discedatur, propior est rate ad contrarieusdem gentis, nationis, lingue, qua maxime homines 20 diores societas descendit, coniunguntur. Interius etiam est, eiusdem esse ciuitatis. Multa enim sunt ciubus inter se communia, forum, fa na, porticus, uiae, leges, iura, iudicia, suffragia, consuetudines præterea, & familiaritates, multæq; cum mul tis res, rationesq; contractæ. Arctior est uero colligatio 21 cognatio, societatis propinquorum. Ab illa enim immensa societe humani generis in exiguum, angustumq; concluditur.

Nam

Nam cùm sit hoc natura commune omnium animantium,  
ut habeant libidinem procreandi , prima societas in ipso  
**Coniuges**, illi est coniugio : proxima in liberis: deinde una domus , cui  
sunt omnia communia. Id autem est principium urbis, et

<sup>21</sup> fratres, confo  
brini. Subrini nes, post consobrinorum, sobrinorumque; qui cùm una do-  
ex consobrinis mo iam capi non possint, in alias domos, tanquam in colo-  
nati.

Affinitates ex nias, ex eunt. Sequuntur connubia, et affinitates, ex qui-  
coniugis. bus etiam propinquui. Quae propagatio, et soboles, ori-

Quae gentili-  
bus inter ipsos  
cōmonia, lma-  
gines. Sacra pe-  
cularia, Sepu-  
chra.

Amicitia vir-  
tute conciliata,  
moribus similes sunt familiaritate coniuncti . Illud enim  
honestum (quod sepe diximus) etiam si in alio cernimus,  
tamē nos mouet, atque illi, in quo id inesse uidetur, amicos  
facit. Et quanquam omnis virtus nos ad se alicet, facitque;  
ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur, tamen iu-

Nihil amabi-  
lius virtute, sticia, et liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est ama-  
bilis, nec copulatius, quam morum similitudo honorū.

In quibus enim eadem studia sunt, eadē uoluntates, in-  
hīs sūt, ut quisque altero aequē delectetur, ac scipso . Effi-  
cta Pythagorā citurque; id, quod Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat  
equalitas eius. Ideē dixit ami- ex pluribus. Magna etiam illa cōmunitas est societatis, que  
ciūam esse conficitur ex beneficijs ultro, citroque; datis, acceptisque;  
animā in corpore, tibus duobus. Quae mutua, et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firmat  
mutuis benefi- cij cōparata. Straueris, omnium societatum nulla est gratior, nulla cha-  
rīor

rior, quām ea, quæ cū Repub. est unicuiq; nostrum. Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lace=rarūt omni scelere patriā, & in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Sed si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimū tribuendum sit officij, principes sint patria, & parētes, quorum beneficijs maxime obligati sumus: proximi liberi, totiq; domus, quæ spectat in nos solos, neq; aliud ullum potest habere proper. fugium: deinceps bene conuenientes propinqui, quibus cum etiam communis plerunq; fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia uitæ debentur ijs maxime, quos ante dixi. Vita autem, uictusq; communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maxime. Et s̄q; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

Liberalitatis officia non solum ab his gradibus societatis, sed etiā ab alijs circumstantijs spectari oportere.

**S**ed in his omnibus officijs tribuendum uidendum erit, quid cuiq; maxime necesse sit, & qd quisq; nobiscū, uel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Itaque non ijdem erunt necessitudinū gradus, qui & tēporum: suntq; officia, quæ alijs magis, quām alijs debeantur: ut uicinū citius adiuueris in frugibus percipiendis, quām aut fratre, aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquum als, fridi= potius, & amicum, quām uicinum defendeas. Hec igitur, bus & talia circūspicienda sunt in omni officio, & consuetudo,

do, exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possumus, ex addendo, deducendoq; uidere, quæ reliqui, reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuiq; debeatur, intelleximus, quantum deduimus. Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, & additis quamvis artis præcepta perceperint, quicquā magna laudatio oportuit. Festina similitudo de dignum sine usu, ex exercitatione consequi possunt: officij conseruandi præcepta tradūtur, illa quidem ut faciamus ipſi, sed rei magnitudo usum quoque, exercitationemq; desiderat. Atque ab ijs rebus, quæ sunt in iure societatis humanæ, quemadmodum ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis ferè diximus.

Magnanimitas terius officiorum fons, que ex rerum humanarum contemptu, & animi amplitudine quadam nascitur: declaratur autem potissimum in periculis adeundis, & arduis rebus obeundis. Huic ad dexteram est audacia, pertinacia, immanitas, arrogātia, crudelitas, confidentia, morositas, ira, sevitas, ambitio: ad leuam, timiditas, ignavia, stupor, & id genus uitia. Exercetur autem magnanimitas partim in rebus bellicis, magis autem in negotijs urbanis, denique & privata in uita: de quibus omnibus varie disserit Cicero.

**I**ntrigendum est autem, cum proposita sint genera  
Cōmendatio quatuor, è quibus honestas, officiumq; manaret, splen-  
dor, fortitudinis.  
In primis op- didissimū uideri, quod animo magno, elatoq;, humanitasq;  
probratur pu- res despiciente, factum sit. Itaque in probris maximè in-  
fillanimitas, promptu est, siquid tale dici potest:

Ex Ennio uerba impatoris. Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,  
xepio Chloē; Illāc; virgo uiri. Et siquid est eiusmodi.  
la militiū igna  
uā increpatis. Salmacida sibilia sine sanguine, ex sudore.

Ithoc carmine Contraq; in laudibus, que magno animo, ex elato, for-  
malicie est ex titer, excellenterq; gesta sunt, ea nescio, quo modo quasi  
niam Salmacis pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus de Ma-  
sonpor' effec- minze dicitur, Rathone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris. Hinc  
noster

noster Coelus, hinc Decij, hinc Cneus, & Publius Scipio-  
nes, hinc Marcus Marcellus, innumerabilesque alij: maxi-  
meque ipse populus Ro. animi magnitudine excellit. De-  
claratur autem studiū bellicæ gloriae, quod statuas quoque  
uidemus ornatu ferè militari.

Fortitudinem si ab honestate recedat, nomen suum amittere.

**S**ed ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & la-  
boribus, si iustitia uacat, pugnatque non pro salute  
communi, sed pro suis commodis, in uitio est. Non enim  
modò id uirtutis non est, sed potius immanitatis, omnem  
humanitatem repellentis. Itaque probè definitur à Stoici  
fortitudo, cum eam uirtutem esse dicunt propugnan-  
tem pro æquitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis glo-  
riam consecutus est, insidijs, & malitia laudem est ade-  
ptus. Nihil enim honestam esse potest, quod iustitia ua-  
cat. Praclarum igitur Platonis illud: Non solum, inquit, τὸν τἀρετὴν  
σημαίνειν καὶ  
τὸν ἄλλον ἀρι-  
scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quam  
sapientia est appellanda: uerum etiam animus paratus τὴν πενθερία, δι-  
σοφία φαίνεται.  
ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi  
impellitur, audacie potius nomen habeat, quam fortitu-  
dinis. Itaque uiros fortes, magnanimos, eosdem bonos,  
& simplicis ueritatis amicos, minimeque fallaces esse uolu-  
mus: quæ sunt ex media laude iustitiae. Sed illud odiosum  
est, quod in hac elatione, & magnitudine animi facili-  
mè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innasci-  
tur. Ut enim apud Platонem est, omnem morem Lacedæ-  
moniorū inflatum esse cupiditate uincendi: sic ut quisque Magnanimi-  
tas à iustitia pē-  
det.  
animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult Pertinacia ela-  
ti animi comes.  
princeps omnium esse, uel potius solus esse. Difficile autem  
est,

*est, cùm prestare omnibus concupueris, seruare aequitatem: que est iustitiae maxime propria. Ex quo fit, ut neq; disceptatione uinci se, nec ullo publico, ac legitimo iure*

**Largito.** <sup>27</sup> patientur. Existuntq; in Repub. plerunq; largitores, et res in malū. <sup>28</sup> factiosi, ut opes quām maximas consequantur, et sint ui-

**Proverbio.** <sup>29</sup> potius superiores, quām iustitia pares. Sed quō difficultatis. <sup>30</sup> Pulchra lius, hōc praeclarus. Nullum enim est tēpus, quod iustitia uacare debeat. Fortes igitur, et magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriā. Vera au-

**tem.** <sup>31</sup> Qui glorie spe pericula su- maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria scipit, am- <sup>32</sup> iudicat: principemq; se esse maull, quām uideri. Etenim fortia. <sup>33</sup> qui ex errore imperite multitudinis pendet, hic in magna viris non est habendus. Facillime autē ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo, et gloria cui-

**Lubricus, an- ceps, & pericu- losus.** pido. Qui locus est sanè lubricus, quōd uix inuenitur, qui laboribus suscep̄tis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Vera magnanimitas duabus in rebus potissimum sita, in contēndis tum prosperis, tum aduersis, & in arduis rebus gerendis.

**O** Mnino fortis animus, et magnus duabus rebus ma-  
xime cernitur: quarum una in rerum externarum despiciētia ponitur, cùm persuasum sit nihil hominem, nisi quod honestum, decorumq; sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nulliq; neq; homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, ut cùm ita sis animo affectus, ut suprà dixi, res ge-  
ras magnas illas quidem, et maxime utiles, sed uehemen-  
ter arduas, plenasq; laborum, et periculorum tum uite,  
tum

tum\* aliarum rerum, quæ ad uitam pertinent. Harum re= \* als, multa= rum duarum splendor omnis, & amplitudo, addo etiam rum utilitatem in posteriore: causa autem, & ratio efficiens magnos uiros est in priore. In eo enim est illud, quod excellentes animos, & humana cōtemnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus, si & solum id quod honestum sit, bonum iudices, ex ab omni animu perturbatione liber sis. Nam & ea, quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili, firmaq; cōtemnere, fortis animi, magniq; dicendum est. Et ea, quæ uidetur acerba, quæ multa, & uaria in hominum uita, fortunaq; uersantur ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapiētis: hoc robusti animi est, magnaq; constantia. Non est autem consentaneum, qui metu non <sup>32</sup> frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuidū se à la= Turpis à uo- bore prestiterit, uinci à uoluptate. Quamobrem & hæc lupitate uinci, uitanda sunt, & pecuniae fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi, tamq; parui, quam amare diuitias. Nihil honestius, magnificenteriusq; quam pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam, libera litatemq; conferre. Cauenda est etiam gloriae cupiditas, ut supra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiā ægritudine, & uoluptate animi, & iracundia, ut tranquillitas adsit, & securitas, quæ afferat tum constantiam, tum etiā dignitatem. Multi autem & sunt, & fuerūt, qui eam, quam dico <sup>Aequabilitas animi propria fortitudinis.</sup> Fuga negotiorum.

C      tranquil

34 M. TVL. CICERONIS

tranquillitatem expertentes, à negotijs publicis se remouerunt, ad ociumq; persugerunt. In his & nobiliſimi philoſophi, longe q; principes, & quidā homines ſeuiri, & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerūt. Vixeruntq; nonnulli in agris, delectati re ſua familiari.

Vt ne, prone. His idem propositum fuit, quod regibus, ut nequa re egerent, necui parerent, libertate uterentur: cuius proprium eft ſic uiuere, ut uclis. Quare cùn hoc commune fit potentiae cupidorum cum ijs, quos dixi ocoſiſis, alteri ſe adi- piſci id poſſe arbitrantur, ſi opes magnas habeat: alteri, ſi contenti ſint & ſuo, & paruo. In quo quidem neutro- rum omnino contemnenda eft ſententia. Sed & facilior, & tuior, & minus alijs grauis, aut moleſta uita eft ocio

Vti Plato. Vti Scipio. forum: fructuofior autem hominum generi, & ad clari- tatem, amplitudinemq; aptior eorū, qui ſe ad Remp. & ad res magnas gerendas accommodauerunt. Quapropter & ijs forſitan concedendum fit Remp. nō capiſſentibus, qui excellenti ingenio ocio, doctrinaq; ſeſe dediderūt: & ijs, qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore cauſa impediti, à Rep. reſefferunt, cùn eius administra- da potestatem alijs, laudemq; concederent. Quibus autē talis nulla ſit cauſa, ſi deſpicere ſe dicant ea, quae pleriq; admirantur, imperia, & magiſtratus, ijs non modō non laudi, uerū etiam uitio dandū puto. Quorum iudicium in eo, quod gloriā contemnant, & pro nihiло putent, difficile factu eft non probare: ſed uidentur tum labores, & moleſtias, tum offendionum, & repulſarum quaſi quandā ignominiam timere, & infamiam. Sunt enim qui in rebus contrarijs parū ſibi conſtent, uoluptatem ſeue- riſime

riſime contemnāt, in dolore ſint molliores, gloriā negli-  
gant, frangantur infamia: atq; ea quidem non ſatis con-  
ſtanter. Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum pe-  
rendarum, abieſta omni cunctatione adipiſcēdi magistra-  
tus ſunt, et gerenda R. eſpub. eſt. Nec enim aliter aut rea-  
gi ciuitas, aut declarari animi magnitudo poterit. Capes-  
ſentibus autē Remp. nihil minus, quam philosophis, haud  
ſcio an magis etiā et magnificentia, et deſſicientia ad-  
hibenda ſit rerum humanarum, quam ſepe dico, et tran-  
quillitas animi, atq; ſecuritas, ſiquidem nec anxiū futuri  
ſunt, et cum grauitate, constantiaq; uituri. Que eō faci-  
liora ſunt philosophis, quō minus patent multa in eorum  
uita, que fortuna feriat, et quō minus multis rebus egēt,  
et quia ſiquid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non  
poſſunt. Quocirca non ſine cauſa maiores motus animo-  
rum concitantur, maiorq; cura efficiendi Remp. geren-  
tibus, quam quietis: quo magis his et magnitudo animi  
eſt adhibenda, et uacuitas ab angoribus. Ad rem geren-  
dam autē qui accedit, caueat ne id modō cōſideret, quam  
illa res honesta ſit, ſed etiam ut habeat efficiendi faculta-  
tem. In quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temere de-  
ſperet propter ignauiam, aut nimis conſidat propter cu-  
piditatem. In omnibus autem negotijs prius, quam aggre-  
diare, adhibenda eſt præparatio diligens.

Non ſatis con-  
ſtanter, id eſt,  
alibi contem-  
nunt, alibi mi-  
tiue.

In oīo pietà deſtituit-  
ur nobilitati potest.

Maiora viri-  
bus aggredi te-  
meritatis eſt: q  
uod poſſit, in hiſ ti-  
bi diſſidere, l-  
gnauire.

Longè fortiſius ciuilibus in rebus, quam bellicis antecellere,  
multus argumentis docet, nonnihilq; de ſe.

**S**ed cum pleriq; arbitrentur res bellicas maiores eſſe  
quam urbanas, minuenda eſt hæc opinio. Multi enim  
ſepe bella queſierunt propter gloriæ cupiditatem, atque

C 2 id

*id in magnis animis, ingenijq; plerunq; contingit, eoq;  
magis si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum  
gerendorum. Verè autem si uolumus iudicare, multæ res  
extiterunt urbanæ maiores, clarioresq; quam bellice.*

*Themistocles Atheniensium im-  
perator apud Salaminam insu-  
testis uictorie, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo  
lam Xerxè p̄r̄ primū constituit Areopagitas: nō minus præclarū hoc,  
ho uicit. Solon Salaminius te-  
quā illud, iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc  
ges Atheniensi-  
bus dedit maxi-  
mū salutares. *semper proderit ciuitati. Hoc consilio leges Athenien-  
sium, hoc maiorum instituta seruantur. Et Themistocles  
quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit: At  
ab illo uerum est adiutum esse Themistoclem. Est enim  
Lycurgos legū lator, Pausaniae stitutus. Licet eadē de Pausania, Lysandroq; dicere: quo-  
ac Lysandro ducibus multis rum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmonijs di-  
uictoris nobilis latatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Ly-  
bus antefuerit.**

*M. Scaurus eloquētia & iu-  
ris scientia com-  
mendatus, & Q. C. Mario, neq; cum uersaremur in Rep. Q. Catulus Cn.  
civilibus florue-  
runt: 33 Pompeio cedere uidebatur. Parui enim sunt foris arma,  
Marius & P. Scipio belli glo-  
ria.*

*Scipio Aemilianus Numantianus sustulit. Gracchum interemit: quanquam haec quidem res non so-  
lum ex domestica estimatione, attingit enim & bellicam,  
chum pernicio-  
fas leges ferente priuatus occidit, est consilio urbano, sine exercitu. Illud autem optimum  
est,*

est, in quo inuadi solere ab improbis, et inuidis me audio:  
Cedant arma togæ, concedat laurea lingue.

Vt enim alios omittam, nobis Rempub. gubernantibus,  
 non' ne togæ arma cessere? Neq; enim in Repub. pericu-  
 lum fuit grauius unquam, nec maius odium. Ita consilij,  
 diligentiaq; nostra celeriter de manibus audacissimorum  
 ciuium delapsa arma ceciderūt. Quæ res igitur gesta est  
 unquam in bello tanta: quis triumphus conferendus? Li-  
 cet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quæ et hæ-  
 reditas huius gloria, et factorum imitatio pertinet. Mibi Ter triumpha-  
 vit Pöpeius, de  
 quidē certè vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius Afris, & iterum  
 multis audientibus hoc tribuit, ut diceret frustra se ter= de Hispanis, ter  
 tium de Mithridati  
 trium triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in Remp. date.  
 beneficio ubi triumpharet esset habiturus. Sunt ergo do-  
 mesticæ fortitudines non inferiores militaribus, in quibus  
 plus etiam, quam in his, opera, studijs, ponendum est.  
 Omnino enim illud honestum, quod ex animo excelsa,  
 magnificoq; querimus, animi efficitur, non corporis ui-  
 ribus. Exercendum tamen corpus, et ita afficiendum est, ut obediens confilio, rationijs possit in exequendis nego-  
 tijs, et in labore tolerando. Honestum autem id, quod  
 exquirimus, totum est positum in animi cura, et cogita-  
 tione: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togæ-  
 ti Reipub. presunt, quam qui bellum gerunt. Itaq; eorum  
 consilio sape aut non suscepta, aut confecta bella sunt, M. Cato sico  
 nonnunquam etiam illata: ut M. Catonis bellum tertium quā triduo fe-  
 Punicum, in quo etiam mortui ualuit autoritas. Quare ne tolerat in fe-  
 expertenda quidem magis est decernendi ratio, quam de-  
 fusa ut territ  
 certandi fortitudo. Sed cauendum, ne id bellandi magis bellum Punicum

C 3      fuga

fuscipere, quo fuga, quam utilitatis ratione faciamus. Bellum autem ita etiam eueria est suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quasita videatur. For- Carniago, q̄ cū inleuci anno tu vero animi & constantis est non perturbari in rebus mortuis esset, eamen ualuit & asperis nocturnis multuantem de gradu deici, ut dicitur, sed sepulti auctori præsentis animi uti cōsilio, nec à ratione discedere: quā- tas contra Na- sciam, ne euerie quam hoc animi, illud etiam ingenij magni est, precipere tur suadentē, cogitatione futura, & aliquantò ante constituere quid proda lucubravit, accidere possit in utraq; partem, & quid agendum sit cum quid euenerit: nec committere aliquid ut aliquando

**35** *Turpe non pudicendum sit. Non putaram. Hæc sunt opera magni animi, et excelsi, et prudentia, consilioque fidentis. Temere autem in acie uersari, et manu cum hoste configere, immane quiddam, et belluarum simile est: sed cum tempus, necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors seruituti, turpitudinique anteponenda.*

**Alienam esse ab officio magnanimi crudelitatem, & item temeritatem.**

**D**e euertendis autem, diripiendisq; urbibus ualde  
in vicis. illud considerandum est, nequid temere, nequid cru-  
eliter fiat. Idq; est uiri magni, rebus agitatis punire  
Multitudini fontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna, recta,  
pacendum. atq; honesta retinere.

#### **Pericula quatenus vitro fortis suscipienda**

**V**T enim sunt (quæadmodum supra dixi) qui urbæ  
nus rebus bellicas anteponunt, sic repertis multis,  
quibus periculosa, & calida cōsilia quietus cogitationis  
bus & splendidiora, & maiora uideantur. Nunquam  
Magnimus omnino periculi fuga cōmittendum est, ut umbelles, timis-  
tū nū idonea de causa pericu-  
la suscipit. nos periculis sine causa: quo nihil potest esse stultius,

Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant: grauioribus autem morib[us] periculosas curationes, et ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est: subuenire autem tempesta ti quauis ratione, sapientis: eoq[ue] magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitate mali. Periculosa autem rerum actiones partim ijs sunt, qui eas suscipiunt, partim periclitantur. Reip. Itemq[ue] alij de uita, alij de gloria, et benevolentia ciuium in discrimine uocatur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia, dimicareq[ue] parati de honore, et gloria, quam de ceteris cōmodis. Inuenti autem multi sunt, qui nō modò pecunia, sed uitam etiam profundere pro patria parati essent, idem glorie iacturam ne minimam quidē facere uellent, ne Rep. quidem postulante: ut Callicratides, qui cum Lacedæmoniorum dux fuisse Peloponēsiaco bello, multaq[ue] fecisset egestate, uertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis remouendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit, Lacedæmonios classe illa anūsa aliā parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse. Atq[ue] hæc quidem Lacedæmonijs plaga mediocris fuit: illa pestifera, qua cum Cleombrotus inuidiam timens temere cum Epaminunda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerūt. Quanto Q. Fabius Maximus melius: de quo Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Non ponebat enim rumores ante salutem. Ergo postq[ue] magisq[ue] uiri nunc gloria claret.

Quod

40 M. TVL. CICERONIS.

Quod genus peccandi uitandum est, etiam in rebus urbaneis. Sunt enim qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen inuidiae metu non audent dicere.

40 **M**agnino qui recipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneat. unum, ut utilitatē ciuiū sic tueantur, ut quicquid agunt, ad eam referat, oblitii cōmodorum suorum. Alterum, ut totum corpus Reipub. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio Reip. ad utilitatem eorū, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. **Q**ui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem peniculissimam in ciuitatem inducūt, seditionem, atq; discordiā. Ex quo evenit, ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; uideātur, pauci uniuersorū. Hinc apud Athenienses magnæ discordiæ ortæ: in nostra Rep. non solum seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia: quæ grauis, et fortis ciuis, et in Rep. dignus principatu fügit, atq; oderit, tradetq; se totum Reip. neq; opes, aut recusat inuidia potentiam consecutabitur: totamq; eam sic tuebitur, ut ostemere arcessit. mnibus cōsulat. Nec uero criminibus falsis in odium, aut inuidia quenquam uocabit: omninoq; ita iustitiae, honestatiq; adhærescat, ut dum ea cōseruet, quāuis grauiter offendat, mortem oppetat potius, quam deserat illa, quæ dixi.

De honoribus uehementer contendere, contra officium magnanimi.

41 **M**isererima est omnino ambitio, honorumq; contenatio: de qua præclarè apud eundem est Platonem, 42 similiter facere eos, qui inter se contenderent uter potius Rempub. administraret, ut si nautæ certarent, quis corum

eorum potissimum gubernaret. Idemque precepit, ut eos aduersarios existimemus, qui arma contraria ferant, non eos, qui suo iudicio tueri Rem pub. uelint: qualis fuit inter P. Apbricanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissentio. Iræ moderari proprium fortitudinis.

Civiles dissensio inter P. Scipionem & Qu. Macedonicum.

**N**ec uero audiendi sunt, qui grauiter irascendum ini-  
micias putabunt. Idque magnanimi, & fortis uiri esse  
censemus. Nihil enim laudabilius, nihil magno, & preclara  
ro uiro dignius placabilitate, atque clemetia. In liberis ue-  
ro populis, & in iuris equabilitate exercenda etiam est faci-  
litas, & altitudo animi quæ dicitur: ne si irascamur aut  
intempestiuè accedentibus, aut imprudenter rogantibus, in  
morositate inutilē, & odiosam incidamus. Et tamē ita pro  
bada est māsuetudo, atque clemetia, ut adhibeatur Reipub.  
causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest.

In animaduertendo maxime ab ira temperandum.

**O**mnis autem & animaduersio, & castigatio con-  
tumelia uacare debet: neque ad eius, qui \* punit ali-  
quem, aut uerbis castigat, sed ad Reip. utilitatem referri. \*Puniet legie  
Nonius Mae-  
cellus: & Ser-  
Cauendum est etiam ne maior poena, quam culpa, sit: & vius.  
ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appelletur qui-  
dem. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo.  
Nūquam enim iratus, qui accedit ad poenam, mediocri-  
tatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum, quæ  
placet Peripateticus: & rectè placet, modo ne laudarent  
iracundiam, & dicerent utiliter à natura datam. Illa uero  
omnibus in rebus repudiada est, optandumque ut ijs, qui  
præfunt Reipub. legum similes sint, quæ ad puniendum  
non iracundia, sed æquitate ducuntur.

Ma

Magnanimi est neq; secundis rebus iusolescere,  
neq; deijci adueris.

**A**Tque etiam in rebus prosperis, & ad uoluntate nostrarum fluentibus, superbiam, fastidium, arroganiā magnopere fugiamus. Nam ut aduersas res, sic secūdas immoderatē ferre leuitatus est. Praeclarāq; est aqua bilitas in omni uita, & idē semper uultus, eademq; frons:

Socratis & L<sup>e</sup>ij uultus sem-ut de Socrate, itemq; de C. Lailio accepimus. Philippum per idem.

Alexander ira quidem Macedonum regem rebus gestis, & gloria superintemperās, paratum à filio, facilitate uero, & humanitate uideo superier humanior. Arrogantia cōtra officium.

Aphricani a-ut quanto superiores sumus, tanto nos summūsius geramus. Panatius quidem auditorem Aphricanum, & familiarem suum solitum ait dicere, sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferociate exultantes dominitoribus tradere soleant, ut his facilitoribus possint utili-

Præfidere, nō-  
mūm fidere. sic homines secundis rebus effrenatos, sibi q; præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere, ut perspiccerent rerum humanarum imbecillitatē, uarietatemq; fortunæ. Atq; etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio anucorū: hisq; maior etiā

Magnimus quād ante, tribuend. est autoritas: ijsdemq; temporib; assentationes caudum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec non recipit.

44 adulari nos sinamus: in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut iure laudemur. Ex quo nascuntur immensabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irriden:ur, & in maximis uersantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus.

Officia magnanimi in ocio honesto.

Illiud

**I**llud enim sic est iudicandum, maximas gerires, & maximu animi ab ijs, qui Remp. regant, quod eorum administratio latissime pateat, ad plurimosq; pertineat. Esse autem magni animu, & fuisse multos etiam in vita oiosa, qui aut inuestigaret, aut conaretur magna qua=dam, seq; suarum rerum finibus continerent: aut interie<sup>Vid Pōponius  
Ariacus.</sup>ti inter philosophos, & eos qui Remp. administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ra=tione exaggerantes, neq; excludentes ab eius usu suos, po=tiusq; & amicos impertinentes, & Reipub. siquando usus priora tria ad effet. Que primum bene parta sit, nullo neq; turpi qua=stu, neq; odioso:rum quam plurimis, modò dignis, se uti=lem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parsionem: nec libidini potius, luxuriæq;, quam liberalitati, & beneficentia pateat. Hec prescripta seruantem licet magnifice, grauiter, animo seq; uiuere, atq; etiam simpli=citer, fideliter, uitæq; hominum amicè.

## T E M P E R A N T I A.

Quartus officiorum fons Temperantia, quam Aristoteles moderatione esse putat cupiditatum, earum dñitaxat, que circa gitez, & in gunis uoluptates uerlanunt. Tēperas, inquit, ea cupit, que oportet, & ut oportet, & quando oportet. Huius est caput, ut cupiditas ratio=nipareat, sicut puer pædagogo. Indidem oritur illud decorum, quod quemadmodum à natura, accæteris circumstantijs ducatur, omueq; uix officium couoneat, diuinitus tradit Cicer.

**S**equitur ut de una reliqua parte honestatis dicen=Commendatio=dum sit: in qua uercundia, & quasi quidam ornatus temperantia, uite, temperantia, & modestia, omnisq; sedatio pertur=bationum animi, & rerum modus cernitur. Hoc loco sui comes. <sup>Decorum hone</sup>continetur id, quod dici Latinè decorum potest, Græcè enim

enim &  $\eta\acute{e}t\omega\nu$  dicitur. Huius uis est ea, ut ab honesto nō queat separari. Nam & quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet. Qualis autem differentia fit honestū, & decori, facilius intelligi, quām explanari potest. Quicquid enim est, quod deceat, id tum apparet, si in antegressa est honestas.

Duplices decorum: generale, quod in omni officio situm est: & speciale, quod temperantiam proprię consequitur. Divus Ambrosius generale decorum accepit, quod ex harmonia, & cōsenī omnium inter se virtutum existit, quale relucet in concordia universitatis: speciale, quod in una quapiā parte relucet, potissimum tamen in temperantia.

*Decorum in prudentia.*

*I*Tag non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco differendum est, sed etiam in tribus superioribus quid deceat, apparet. Nam ex ratione uti, atq; oratione prudenter, & agere quod agas considerate, omniq; in

*lo xabōgar li xai ūa, re quid sit uerū uidere, & tueri decet: contraq; falli, er-  
Quādāt̄l̄v̄, m̄c̄m̄, terare, labi, decipi tam dedecet, quām delirare, & mente ca-  
m̄v̄ ēt̄.*

*Decorum in similitudine.*

*T*urpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim uiriliter, animoq; magno sit, id dignum uiro, & decorum uidetur: quod contraria, id ut turpe, sic indecorum.

*Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, quod dico decorum: & ita pertinet, ut non recondita quadam*

*Decorum ab honesto re non separatur.*

*R*atione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam, idq; intelligitur in omni uirtute, quod deceat, quod co-

*ēt̄, eūoiwōts.*

*G*itatione magis à uirtute potest, quām re separari. Et ut uenustas, & pulchritudo corporis secerni non potest à ualeutidine: sic hoc, de quo loquimur decorum, totum illud quidem est cum uirtute confusum, sed mente, & cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex.

*Nam*

Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate uersatur: & aliud huic subiectū, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atq; illud superius sic ferè definiri solet: Decorum id esse, quod consentaneum sit hominī excellentiæ, in eo, in quo natura eius à reliquis animatibus differat. Quæ autem pars subiectūrum quid generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse uelint, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Hec ita intelligi à philosophis possumus existimare ex eo de coro, quod poëtæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum seruare illud poëtas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaq; persona dignum est, & sit, & dici. Ut si Aeacus, aut Minos diceret, Oderint, dum metuant: aut,

Liberali, id est honesta.

Horatius, Reddere pionæ scit conuenientia cuiq;

Natis ipse sit sepulchrum parens:

indecorū uideretur, quod eos fuisse iustos accepimus: At Atreo dicete, plausus excitantur: est enim digna persona oratio. Sed poëtæ quid quenq; deceat, ex persona iudicabunt: nobis autem personā imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstantiāq; animantium reliquorum.

Quocirca poëtæ in magna uarietate personarū etiam uitiosis quid conueniat, & quid deceat uidebunt: nobis autem

Decorum poëtarum honestis, ac turpibus commune.

tem cum à natura constantie, moderationis, temperatiæ, uerecundia partes datae sint: cumq; eadem natura deceat nō negligere quemadmodum nos aduersus homines geramus, efficitur ut et illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum quam latè fūsum sit, appareat: & hoc, quod spectatur in unoquoq; genere virtutis. Ut enim pulchri

*M. Tullius et Ciceronis de magnis*

pulchritudo corporis apta compositione membrorum

mouet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes

Decorum in ~~or~~ dñe, cōstantia partes cum quodam lepore cōsentiantur: sic hoc decorum, & modo suum. quod eluet in uita, mouet approbationē eorum, quibus <sup>lūr</sup> ~~χρωμάτων~~, <sup>cum uiuitur</sup>, ordine, et cōstantia, et moderatione dictio- <sup>λών ὁμοίων</sup> rum omnium, atq; factorum. Adhibenda est igitur que- dam reverentia aduersus homines, et optimi cuiusq; et reliquorum. Nam negligere quid de se quisq; sentiat, nō <sup>Optimus q̄sq; reveren-</sup> <sup>deus nōs est.</sup> <sup>qui facia negligit, em-</sup> solūm arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est au- <sup>deli est.</sup> tem quod differat in compositione habenda inter iustitiae, <sup>Violamus iniu-</sup> <sup>et uerecundiam.</sup> <sup>ia, offendimus</sup> <sup>immodestia.</sup> <sup>modestia.</sup> Iustitiae partes sunt non violare homi- nes: Vercundiae, non offendere, in quo maximè perspic- tur uis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod dece- re dicimus, intellectum puto.

Decorum secundum naturam esse, & cūm in omnibus par-  
tibus, tum in temperantia plurimū valere.

**O**fficium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum  
habet uiam, quae deducit ad conuenientiam, conser-  
uationemq; naturae: quam si sequemur ducem, nunquam  
aberrabimus: sequemurq; et id, quod acutum, et per-  
spicax natura est: et id, quod ad hominum consociatio-  
nem accommodatum: et id, quod uchemens, atque forte.  
Sed maxima uis decori in hac inept parte, de qua disputa-  
mus. Neque enim solūm corporis, qui ad naturam apti  
sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui  
item ad naturam accommodati sunt.

Fontem Omnis esse modestiae, ut appellata pareat rationi.  
At hunc ipsum putat Ambrolius omnium officio  
cum primarium esse fontem.

Duplex

Prudentia.  
Iustitia.

Fortitudo.

Temperantia.

**D**Vplex est enim uis animorū, atq; naturæ. Una pars in appetitu posita est, quæ est ḥq; Græcè: quæ ho- <sup>ēpūt. quam in libris de finibꝫ</sup> minem huc, et illuc rapit. Altera in ratione, que docet, et appetitionē vo- <sup>cat, unde oriuntur m̄n̄, id est per turbatiōes,</sup> explanat quid faciendum, fugiendum' ue sit. Ita sit ut ra- <sup>tio p̄ficit, appetitus uero obtemperet. Omnis autē actio</sup>

uacare debet temeritate, et negligentia: nec uero agere

quicquam, cuius non posſit causam probabilem reddere.

Hec est enim ferè descriptio officij. Efficiendum autem Sic in libris de finibus Cato of-  
est, ut appetitus rationi obedient, eamq; neque præcur- <sup>sitionē, qd̄ ita facili est, ut eius</sup> riant, nec propter temeritatem, nec propter pigritudinem, <sup>factū probabilitas aut ignauiam deserant: sintq; tranquilli, atq; omni per-</sup> ratio reddi pos-  
turbatione animi careāt. Ex quo elucebit omnis constan- <sup>sit.</sup>

<sup>tia, omnisq; moderatio. Nam qui appetitus longius euagantur, et tanquam exulantes siue cupiēdo, siue fugientia, exultando, non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem, et modum transeunt. Relinquent enim, et abiciunt obe-</sup>

<sup>dientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege natu- Indecorum &</sup> rae: à quibus non modò animi perturbantur, sed etiam in corpore à p-

<sup>corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui turbationibus,</sup> aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut uoluptate nimia gestiunt: quorum omnium uultus, uoces, motus, statusq; mutantur. Ex quibus illud intelligitur (ut ad offi-

<sup>cij formam reuertantur) appetitus omnes contrahendos, sed adosq; excitandamq; esse animaduersiōē, et diligen-</sup>

<sup>tiam, ut nequid temere, ac fortuitō, inconsideratē, negli-</sup> <sup>Grauitas.</sup>

<sup>genterq; agamus. Neq; enim ita generati à natura su-</sup> <sup>Urbanitas</sup>  
<sup>muis, ut ad ludum, et iocum facti esse uideamur: sed ad se</sup> <sup>quatenus adi- benda..</sup>

<sup>ueritatem potius, et ad quædam studia grauiora, atq; ma-</sup>  
<sup>jora. Ludo autem, et ioco, ut illis quidem licet, sed sicut</sup>

somno

**L**icentia nō omnīs alienā ab hominī statē.  
somno, & quietib⁹ cæteris, tum cūm graib⁹, seriq⁹;  
rebus satis fecerimus. Ipsūq⁹ genus iocandi non profū-  
sum, nec immodestum, sed ingenuum, & facetum esse de-  
bet. Ut enim pueris nō omnem licentiam ludendi damus,  
sed eam, quæ ab honestatis actionib⁹ non sit aliena, sic  
in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.

De scurrilitate & facetia.

**V**eteris comedie, Petulans, flagitosum, obsecnum: Alterum elegans,  
dixit Plautini, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modis  
neq⁹ nō Socrati tates. Plautus noster, & Atticorum antiqua comedie, sed etiā  
philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multaq⁹

**A**pophite multorum facetè dicta, ut ea, quæ à senecte Catone sunt col-  
gma, brevis & lecta, quæ uocantur à temporibus antea. Facilis igitur est distin-  
gravis senectetia. ctio ingenui, & illiberalis ioci. Alter est, si tempore fuit,  
ac remissione animo, homine dignus: Alter ne libero quidē,  
scilicet si rerum turpitudini adhibetur uerborum obsecnitas.

Ex avicenni his (V)U(XV).

**L**vdendi etiā est quidā modus retinēdus, ut ne nimis  
omnia profundamus, elatiq⁹ uoluptate in aliquā tur-  
Suppediant, piuidinem dilabamus. Suppediant autem & campus no-  
subministrant. ster, & studia uenandi honesta exempla ludendi.  
Venatio.

Animi delectatio ab honestis studijs petenda: corporis uoluptas, quia  
pecorina sit, aut planè rei ciencia, aut quam parcissime adhibenda.

**S**ed pertinet ad omnem officij questionem semper in  
promptu habere quantum natura hominis pecudi-  
bus, reliquisq⁹ bestijs antecedat. Illæ enim nihil sentiunt,  
\*als, omni nisi uoluptatem, ad eamq⁹ feruntur\* toto impetu. Homi-  
nis ali-

nis autem mens discendo alitur, et cogitando: semper ali quid aut inquirit, aut agit: uidendiq; et audiendi delectatione ducitur. Quidam si quis est paulo ad uoluptates propensior, modò ne sit ex pecudum genere sunt enim Propensior, quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paulo qui propenderet, id est, inclinat, erectior, quamvis uoluptate capiatur, occultat, et disimulat appetitum uoluptatis propter uercundiam. Ex quo Voluptas homini intelligitur corporis uoluptatem non satis esse dignam vis indigna, hominis præstantia, eamq; contemni, et rejici oportere. Sin sit quispiam, qui aliquid tribuat uoluptati, diligenter sciat ei tenendum esse modum eius fruenda. Itaq; uietus, cultusq; corporis ad ualeitudinem refrantrur, et ad vires, non ad uoluptatem. Atque etiam si considerare uolemus, quæ sit in natura hominis excellentia, et dignitas, intelligemus quām sit turpe diffluere luxuria, et delicata <sup>a traxia traxie uovis</sup> ac molliter uiuere: quāmq; honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè.

Animaduerte lector ordinem: primū ostendit quid decorum secundum naturam cum pecoribus communem: deinde quid secundum hominis præstantiam: deinceps quid deceat uniuscuiusq; personam, uel à natura tributam uel casu impositam, uel iudicio assumptam.

**I**n telligendum est etiam duabus quasi nos à natura induitos esse personis: quarū una est communis, ex eo quod omnes participes sumus rationis, præstantiaeq; eius, qua antecellimus bestijs, à qua omne honestum, decorumq; trahitur, et ex qua ratio inueniēdi officij exquiritur. Altera autē, quæ propriè singulis est attributa. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, <sup>Varietas inge</sup> <sup>niorum à natura,</sup> alios enim uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum valere: itemq; in formis alijs dignitatē inesse, in

D alijs

50 M. T V L. C I C E R O N I S

alijs uenustatem : sic & in animis existūt etiam maiores

L. Crassus, L. uarietates. Erat in L. Crasso, & in L. Philippo multis le  
Philippus, C. Cesār, oratores pos: maior etiam, magisq; de industria in C. Cesare Lu-  
lepidi natura.

cij filio. At iisdem temporibus in M. Scauro, & in Mar-  
M. Drusus, M. Scaurus se co Druso adolescentē singularis severitas : in C. Lælio  
ueri.

multa hilaritas : in eius familiari Scipione ambitio maior,  
C. Lælius hi- uita tristior. De Grecis autem dulcem, & facetum, festi-

Scipio tristior, uiq; sermonis, atq; in omni oratione simulatorem, quem  
Socrates face- tigane Græci nominaverunt. Socratem accepimus: con-  
tactor Pythagoro- trâ Pythagoram, & Periclem summam autoritatem con-  
ras, Pericles, fe- secutos sine ulla hilaritate. Callidum Annibalem ex Pa-  
ras, Pericles, fe- ri.

Versutus An- norum, ex nostris ducibus Qu. Maximum accepimus fa-

nibal. Qu. Maximus cile celare, tacere, disimulare, insidiari, præripere ho-  
cundator & le- stium consilia. In quo genere Græci Themistoclem A-

thenensem, & Pheræum Iasonem cæteris anteponunt.

*Sed cum le Sociale habeat apud grise. & filii. cap. 7.*

In primisq; uersutum, & callidum factum Solonis, qui  
quod ex tutior uita eius esset, ex plus aliquanto Reipub.

prodeisset, furere se simulauit. Sunt his alij multum diffe-  
Simplicitas, res, simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex in-  
sidijs agendum putant, ueritatis cultores, fraudis inimici.

Itemq; alij, qui quiduis perpetiantur, cuius deserviant,  
Vixi & ad oia dum quod uelint, consequantur: ut Sylla, & M. Crassum  
uersatiles.

uidebamus. Quo in genere uersutiſimum, & patientiſſi-

Comitas & af- mum Lacædemonium Lysandrum accepimus. Contrari-  
fabilitas.

Callicratidem, qui præfectus classis proximus post Ly-  
sandrum fuit. Itemq; in sermonibus alium quidem uide-

Catuli duo ser- mus, quamvis præpotens sit, efficere ut unus de multis  
mone popula- esse uideatur. Quod in Catulo, & in patre, & in filio,

\*Mancino itemq; & in Q. Muttio\* Numantino uidimus. Audiui &

ex m4

ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica.

Contraq; patrem eius, illum, qui Tyberij Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatet habuisse sermonis: ne Xenocratem quidem severissimū philosophorum, ob eamq; rem ipsam magnū, clarumq; fuisse. Innu-

Pater filio  
dissimilis.

Xenocrates  
tritis.

merabiles alia dissimilitudines sunt naturæ, morumq;, minime tamē uituperandorum. Admodum autem tuenda sunt sua cuiq;, non uitiosa, sed tamen propria, quò facilius decorum illud, quod querimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra naturam uniuersam nihil contendamus: ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur. Ut etiam si sint alia grauiora, atque meliora,

Nō frustra ex-  
natura pugnam  
dum Hora Tu-  
nihil inuita di-  
ces, faciesue

Minerva.

tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur. Neq; enim attinet naturæ repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet inuita (ut aiunt) Minerva, id est, aduersante, ex repugnante natura. Omnino si quicquam est decorum, nihil est profectò magis, quam

Vt apud Luci  
tiū à Matio ri-  
derur Albitius,  
C hære Tite.

equabilitas uniuersæ uite, tum singularum actionum: quam conseruare non possis, si aliorum naturam imiteris, omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti, qui notus est nobis, ne (ut quidam) Graeca uerba inculcates, iure optimo irrideamur: sic in actiones, omnemq; uitam nullam discrepantiam conferre debemus. Atq; hæc differuntia naturarum tantam habet uim, ut nonunquam mortem sibi ipsi consciente aliis debeat, aliis in eadem causa non debeat. Non enim alia in causa M. Cato fuit, alia cæteri, qui se in Aphrica Cæsari tradiderunt. Atc

Cato Vtice si  
bi mortem con-  
sciuit.

D 2 pro

propterea quod eorum uita lenior, et mores fuerant faciliiores: Catoni autem cum incredibilem tribusset natura grauitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperq; in proposito, susceptoq; consilio permanisset, merendum potius, quam tyranni uultus appiciendus fuit.

Vlysses ad te-  
pus omnia ferens.  
Circe. Solis nū cum ex mulieribus (si Circe, ex Calypso mulieres appellata Calypso). Landæ sunt) inseruiret, et in omni sermone omnibus affectu. Nympha. Harum hospitablem, et iucundum se esse uellet? Domini uero etiam constio aliquandiu tumelias seruorum, ancillarumq; pertulit, ut ad id aliquando elis est, ut procos uxoris perdo, quod cupiebat, perueniret. At Ajax (quo animo traxeret. 47 Ajax simplex ditur) milies oppetere mortem, quam illa perpeti, mactu. & impatiens contumeliam. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisq; habeat sui, eaq; moderari, nec uelle experiri, quam se aliena deceat. Id enim maxime quenq; decet, quod est cuiusq; suum maxime. Suum igitur quisque noscat ingenium, ac remq; se ex uitiorum ex honorum suorum uideat, ne scenici histrio nes è scena. dicem præbeat, ne scenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. Illi enim non optimas, sed sibi accommodatisimis fabulas eligunt. Qui uoce freti sunt, Epigoni clamo nos, Medeamq; qui gestu, Menalippam, uel Clytemnestram, Thebis captis, stram. Semper Rutilius, quem ego memini, Antiopeam: non Medea nota. Argumentum sæpe Aesopus Aiace. Ergo histrio hoc uidebit in scena, à minore, quod non uidebit sapiens in uita! Ad quas igitur res apertim erimus, in ijs potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, que nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligētia, ut ea si non decorè, at quam minime indecorè facere possumus. Nec tam est enīdum, ut bona, que nobis data non sunt

sunt, sequamur, quam ut uitia fugiamus.

Decorum ab ijs, quæ nobis fortuna attribuit, quæ uero nobis iudicio ipsi adsciuimus.

ciprocatione de centissimum. Quod autem tributū est bono viro, & grato, in eo cū ex ipso fructus est, tum etiā ex ceteris. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas, eoq; eam studiosius ple-  
riq; laudent, quod summi cuiusq; bonitas cōmune perfuz-  
gium est omnium. Danda igitur opera est, ut his benefi-  
cijs quā plurimos afficiamus, quorum liberis, posterisq;  
prodatur memoria, ut his ingratias esse nō liceat. Omnes  
enim

\*4

enim immemorem beneficij oderunt · eamq; iniuriam in

deterrenda liberalitate sibi etiā fieri. cumq; qui faciat, co-

munem hostem tenuiorum putant. Atque hęc benignitas Vt alii sunt ad pugnam prom  
etiam reipub. utilis est, redimū ē seruitute captos, locuple priores, & ne ex-  
tari tenuiores. Quod quidem uulgō solitum fieri ab ordi- gestas rerū no-  
ne nostro in oratione. Crassi scriptum copiosē uidemus. facias.

Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni mune-

rum longē antepono. Hęc est grauiū hominum, atq; ma-

gnorum: illa quasi assentatorum populi, multitudinis le-

uitatem uoluptate quasi titillantium. Cōuenit autem tum

in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum:

in omnīq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducen-

do, locando, uicinitatibus, & confinijs equum, & facile,

multa multis de iure suo cōcedentem: à litibus uero, quan-

tum liceat, & nescio an paulo plus etiam, quam liceat,

abhorrentem. Est enim non modò liberale paulum non-

nunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fru-

ctuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam

quidem dilabi finire flagitosum est: sed ita uti liberalita-

tis, augritieq; abfit suspicio. Posse enim liberalitate uti

no spoliante se patrimonio, nimurū is est pecuniae fructus

maximus. Recte etiā à Theophrasto est laudata hospitali

tas. Est enim (ut nahi quidē uidetur) ualde decorū patere

domos hominū illustrium illustribus hospitibus. Idq; etiā

reipub. est ornamento, homines externos hoc liberalitatis

genere in urbe nostra no egere. Est aut etiā uehementer

utile his, qui honeste posse multa uolūt, per hospites apud

externos populos ualere opibus, & gratia. Theophras-

tos quidē scribit Cimonem Athenis etiā in suos curiales

Paululum alijs  
de suo iure con-  
cedere liberali-  
tatis species.

Hospitalitas

publicē priua-

timē utilis ad

multa.

Cimonis hospi-

talitas in conti-

bules suos.

Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, et nullum imperauisse, ut omnia præberentur quicunq; Laciades in villam suam diuertisset.

In altero beneficentia genere, quod operis costat, multum ualere iuris prudentiam longe plurimum eloquentiam.

C. 19.

**Q**uae autem opera, non largitione, beneficia dantur, hæc tum in uniuersam rem publ. tum in singulos ciues confreruntur. Nam in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientiae genere prodeesse quam plurimis, uehementer et ad opes augendas pertinet, et ad gratiam. Antiquitus in Itaque cum multa præclara maiorum, tum quam optime precio habita juris prudētia. constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio, atq; interpretatio: quam quidem ante hanc confisionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sicutius scientiae splendor deletus est. Idq; eò indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile uicisset. Hec igitur opera grata multis, et ad beneficijs obstringendos homines accommodata. Atque huic arti finitima est dicendi grauior facultas, et gratior, et ornatori. Quid enim eloquentia prestabilius vel admiratione audiendum, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic quoque ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Diserti igitur hominijs, et facile laborantis, quodq; in patrijs est moribus, multo: turpis mercenaria eloquentia rum causas et non graduatè, sed gratuitò defendens beneficia, et patrocinia latè patent. Admonebat me res, ut hoc quoque loco internūsionem eloquentie, ne die cam

cam interitum, deplorarem, nisi uererer ne de meipso ali  
quid uiderer queri. Sed tamen uidemus quibus extinctis Mira distribu-  
oratoribus, quam in paucis f̄ps, quanto in paucioribus tio,  
facultas, quam in multis sit audacia. Cum autem omnes  
non possint, ne multi quidem, aut iurisperiti esse, aut di-  
ferti, licet tamē opera prodeſſe multis beneficia petentē, Ex leuioribus  
commendantem iudicibus, aut magistratibus, uigilantem quoque operis  
pro re alterius, eos ipſos, qui aut consulunt, aut defendunt, gratiam conci-  
rogantem. Quod qui faciunt, plurimū gratiæ consequun- tari.  
tur, latissimeq; eorum manat industria. Nam illud nō sunt Alteri felicitas, alteri  
admonendi, est enim in promptu, ut animaduertant, cum est calamitas..  
alios iuuare uelint, nequos offendant. Sæpe enim aut eos  
ledunt, quos non debent, aut eos, quos nō expedit. Si ins-  
prudentes, negligentiae est: si scientes, temeritatis. Vt en- Aut uitāda, aut  
dum etiam est excusatione aduersus eos, quos inuitus of= mitiganda of-  
fendas, quacunq; possis, quare id, quod feceris, necesse fue fensio.  
rit, nec aliter facere potueris: ceteriq; operis, et officijs Hoc dicitur quia inuitus aduersus te fecundum  
erit, quod uiolatum est, compensandum. oportet, nisi tibi alii rem  
in re prætandam esse.

Operam apud tenues, & bonos rectius, quam apud lo-  
cupletes collocari. Nulli tamen nisi iusta  
in re prætandam esse.

**S**ed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari, C. 20.  
Aut fortuna soleat, dictu quidem est proclive: itaque  
uulgō loquuntur, se in beneficijs collocandis mores ho-  
minum, non fortunam sequi. Honesta oratio est: sed quis qd. ille que est la de l'or.  
est tandem, qui inopus, & optimi uiri cause non antepo- nov. illo de la p'su uero.  
nat in opera danda gratiam fortunati, & potentis. A Et ut p'cep' tot: s' quic' do'ys  
quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore uide- eo p'ce' g'os. & de l'ef'v' d'  
tur, in eum fere est uoluuntas nostra propensior. Sed ani- s'os.  
maduertendum est diligentius, quæ natura rerum sit.

G 3 Nimi  
frumentis hancas & p'renau, & off' spectant.

Nimirum enim inops ille, si bonus est uir, etiam si refere  
Lepidissima dif- gratiam non potest, quia benevolus, habere certe potest  
finitudo inter Commodè autem, quicunq; dixit, pecuniā qui habeat nō  
& redditā <sup>46</sup> reddidisse, et qui reddiderit, nō iam habere: gratia autē  
pecuniā.

Vere Aritot: ὅτι ὁ μεγάλος  
δοῦλος εἰναι τέλος.

se locupletes, honoratos, et beatos putint, hi ne obligari  
quidem beneficio uolūt: quin etiam beneficium se dedisse  
arbitrantur, cū ipsi, quamvis aliquid magnū, acceperint,  
atque etiam à se aut postulari, aut expectari aliquid sus-  
ficantur. Patrocinio uero se usos, aut clientes appellari,

Mortis instar, mortis instar putant. At uero ille tenuis, cum quid factum  
id est, extremū malum. fit, se spectatū, non fortunam putat: non modō illi, qui est  
meritus, sed etiam illis, à quibus expectat (eget enim mul-  
titus) gratum se uideri studet. Neq; uero uerbis auget suum

47

munus, si quo forte fungitur, sed extenuat. Videndumq;  
illud est, quod si opulentum, fortunatumq; defenderis, in  
illo uno, aut forte in liberis eius manet gratia: sin autem  
inopem, probum tamē, et modestum, omnes non impro-  
bi humiles (quae magna in populo multitudo est) pre-  
sidium sibi paratum uident. Quamobrem melius apud bo-  
nos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto.

Contentionem, ut omni generi satisfac-  
id est, cōsultatio-  
nem, & collatio-  
nem. cere possumus. Sed si res in contentionem ueniet, nimirū

Themistocles est autor adhibendus, qui cum cōsuleretur  
utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam  
Malo uirū sine collocaret: ego, inquit, malo uirū, q; pecuniae geat, quam  
pecunia, q; fine pecunia, quae uiro. Sed corrupti mores, depravatiq; sunt  
Nihil dīci po- admiratione diuitiarū, quarū magnitudo quid ad unum-  
uit uel graui, quenq; nostrū pertinet: illum fortasse adiuuat, qui habet,

<sup>†</sup> Sed nos ostare licet, huncare oīlicet: ḡfiquā a. multa mea;

<sup>‡</sup> in certissima hunc ingenui, & ob ignorantem, inibet.

ne id

statim atq; importaretur humanum

ne id quidem semper. Sed fac iuuare, potentior sanè sit,  
honestior uero quomodo? Quod si etiā bonus erit uir,  
ne impedian diuitiae quo minus iuuetur, modò ne adiu-  
uentis sitq; omne iudicium, nō quām locuples, sed qualis  
quisq; sit. Extremū autē p̄ceptū in beneficijs, operaq;<sup>Turpi in causa  
nemini commo-  
danda opera.</sup>  
danda est, nequid contra æquitatē cōtendas, nequid pro  
inuria. Fundamentū enim perpetuae commēdationis, &  
fame est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile.

Liberalitas in uniuersam multitudinem modice  
exercenda, exactiones non nūl in  
iusta necessitudine.

**S**ed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, C. 21.

**D**qua ad singulos spectant, deinceps de ijs, quae ad  
uniuersos, quæq; ad rem pub. pertinent, disputandum est.  
Eorum autē ipsorū partim eiusmodi sunt, ut ad uniuer-  
sos ciuīs pertineant, partim singulos ut attingant, quae Singuli, & on-  
sunt etiam gratiora. Danda est opera omnino, si possit, uerū pugnat in  
utrisq; nec minus, ut etiam singulis consulatur: sed ita, In neutrō codā  
ut ea res aut profit, aut certe ne obfit reip. C. Helij, & due  
P. Gracchi frumentaria magna largitio fuit, exhauriēbat  
igitur arariorum:modica II. Octauij, & reipub. tolera-  
bilis, & plebi necessaria: ergo & ciuib; & reipub. sa-  
lutaris. In primis autem uidendum erit ei, qui rem pub.  
administrabit, ut suū quisq; teneat, neq; de bonis priua-  
torū publicē diminutio fiat. Pernicione enim Philippus  
in tribunatu cum legem agrariā ferret, quam tamen an= Antiquari. id  
tiquari facile passus est, & in eo uehementer se modera= est, tolli, & ab-  
rogari. tum præbuit: sed cū in agendo multa populariter, tum Capitalis, id est  
illud male dixit, non esse in ciuitate duo milia hominū, ad extremā p-  
qui rem haberent. Capitalis oratio, & ad æquationem 49  
G 4 bono

bonorū pertinens: qua peste, quæ potest esse maior? Hæc enim ob causam maxime, ut sua tueretur, res pp. ciuitatis nützlich. *Howe* nützlich. *etiam* animad-  
tibale, quæ conservati-  
ne quædet. *frumentales*  
*lib. 3 cap. 9* *Exatio tribu-*  
res nostros sepe fiebat, propter ararij tenuitatem, fidu-  
tatemq; bellorū tributū sit conferendū. Idq; ne eueniat,  
multò antè erit prouidendū. Sin qua necessitas huius mu-  
neris alicui reip. obuenerit (malo enim alteri, quam no-  
Ominari, id est stræ ominari, neq; tantum de nostra, sed de omni repub.  
nominando cau-  
disputo) danda erit opera, ut omnes intelligat (si salvi  
safam, malū omē  
adferre, esse uelint) necessitati esse parendum. Atq; etiam omnes  
qui remp. gubernabū, cōsulere debebūt, ut earū rerum  
copia sit, quæ sunt necessarie. Quarū qualis comparatio  
fieri soleat, & debeat, non est necesse disputare: est enim  
in promptu: tantum locus attingendus fuit.

Ad gratiam multitudinis comparandam maxime valere abstine-  
tiam, contracq; ex invasione alieni summam existere perniciem.

*M*emorabile de Roma. ducū continentia. *C*aput autem est in omni procuratione negotij, &  
muneris publici, ut avaritia pellatur etiam minima  
suspicio. Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tem-  
pora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando  
Romani dona accipere cœpissent, non essem passus diu-  
nitatis leges. Hæc tuis eos imperare. \* Ne illi quidem multa secula expe-  
quidē illi secu-  
la expectanda fuerunt. quod inuasit. Itaq; facile patior tunc potius Pontium fuisset, si  
modò ad breui-  
tatem interuallii quidem in illo tantum fuit roboris. Nondum centum &  
referatur. decem anni sunt, cùm de pecunijs repetundis à Lucio Pi-  
sero avaritia ad Rom. 50 sone lata est lex, nulla anteā cùm fuisset. At uero postea  
tot

tot leges, & proximæ quæq; duriores, tot rei, tot dāna= demigravit.  
ti, tantum italicum bellum propter iudiciorum metum Ab hoc trib-  
excitatum, tanta sublatis legibus, & iudicijs expilatio, di ple, primā lata  
reptio q; sociorum, ut imbecillitate aliorum, non nostra petundis. Cefo  
C. 12. uirtute ualeamus. Laudat Africanum Panætius, quod lio & Manilio  
fuerit abstinenens. Quid ni laudet? sed in illo alia maiora.

Africanus absti-  
nēta, V al. T.  
Laus enim abstinentiæ non hominis est solum, sed etiam de abstinen-  
temporum illorum. Omni Macedonum Gaza, quæ fuit Pauli Aemiliij  
maxima, potitus est Paulus: tantum in ærarium pecu- in uictoria Pet  
tributorum: at hic nihil in domum suam intulit, præter ge Plutarchi.  
memoriam nominis sempiternam. Imutatus patrem Afri- Scipio Aemili-  
canus, nihilo locupletior Carthagine euersa. Quid? qui Corinthis ab o-  
eius collega in censura fuit Lucius Mummius, nunquid 52 Mummius  
copiosior cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Achaic' euersa  
Italianam ornare, quam domum suam, maluit. Quanquam inni præda ab-  
Italia ornata, domus ipsa nubi uidetur ornatiō. Nullum sumuit.  
igitur uitium tetricus (ut eò unde egressa est, referat se ora-  
tio) quam auaritia, præsertim in principibus, & remp. 53  
gubernantibus. Habere enim que sibi remp. non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. Itaq; quod Oraculo Spar-  
Apollo Pythius oraculo edidit: Spartā nulla re alia, nisi xponerat oraculo  
avaritia esse periturā: id uidetur non solum Lacedæmoniū, ἀντὶ τοι, ἀναρ-  
nijs, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Nul- Sparta copidi-  
la autem re conciliare facilis benevolentiam multitudi- tas expugnauit  
nis possunt iij, qui reipub. præsunt, quam abstinentia, &  
cōtinētia. Qui uero populares esse uolent, ob eamq; causam  
aut agrariam rem tentant, ut posseſſores pellantur  
suis sedibus; aut pecunias creditas debitoribus cōdonan-  
t. Invī fidei molitius ïx̄ ſeſſiū G 5 das  
Tū ſeſſiū, allā dñi ſeſſiū  
ut ē in Kore: Areopagito

**Condonantur,** condonantur pecuniae: deinde aequitatem, quae tollitur o-  
remittuntur.

das putant, iij labefactant fundamenta reipub. concordiam  
primum, quae esse non potest, cum alijs adiunguntur, alijs  
mnis, si habere suum cuiq; no licet. Id enim est proprium  
(ut supra dixi) ciuitatis, atq; urbis, ut sit libera, et non  
follisca sua rei cuiusque custodia. Atque in hac pernicie  
reip. ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam.  
Nam cui res erupta est, est inimicus: cui data est, etiam dissi-

**Non fuisse sol**  
uedo, id est, no  
tis occultat suu gaudiu, ne uideatur non fuisse soluendo.  
**habuisse unde**  
solueret,

At uero ille qui accipit iniuriam, et meminit, et prese-  
fert dolorem suum: nec si plures sunt ij, quibus improbe  
datum est, quam illi, quibus iniuste ademptum est, idcirco  
plus etiam ualent. No enim numero hec iudicantur, sed

**Ponderanda sunt poli tenui-**  
monia d. aucta, quam eni-  
meranda.

pondere. Quam autem habet aequitatem, ut agrum multis  
annis, aut etiam seculis ante posse sum, qui nullum habuit,

| C. 23. **Quae calami-**  
**tates ex iniustis**  
**larginationibus.** Agin regem, quod nunquam ante apud eos. acciderat,  
nec auerut. Ex eoq; tempore tantae discordiae secutae sunt,

34. **Patere latius,**  
**manare latius,** contagionibus malorum, que a Lacedaemoniis profecte  
venisti sermo. manarunt latius. Quid nostros Gracchos Tyberij Gra-  
chi summi uiri filios, Africani nepotes, non ne agrarie

**Arati salutare**  
**exemplum.** contentiones perdidérunt? At uero Aratus Sicyonius iu-  
re laudatur, qui cum eius ciuitas quinquaginta annos a  
tyranni teneretur, profectus Argis Sicyone, clandestino  
intro

introitu urbe est potitus. Cumq; tyrannum \* Nicoclem \* als. Methodo  
 improuisò oppresisset, sexcentos exules (qui fuerāt eius deum. Historia  
 ciuitatis locupletissim) restituit: remq; publicam aduen= extat apud Po  
 tu suo liberavit. Sed cūm magnam animadueteret in bo  
 nis, & possessionibus difficultatem, quōd & eos, quos  
 ipse restituerat, quorum bona alij possederāt, egere ini-  
 quisimum arbitrabatur, & quinquaginta annorum pos-  
 sessiones mouere non nimis æquum putabat, propterea  
 quōd tam longo spatio multa hereditatibus, multa em-  
 ptionibus, multa dotibus tenebantur sine iniuria: iudicau-  
 uit neq; illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa  
 fuerant, oportere. Cūn igitur statuisse opus esse ad eam  
 rem constituant pecunia, Alexandriam se profici  
 uelle dixit, remq; integrum ad redditum suum ius sit esse.  
 Isq; celeriter ad Ptolemeum suum hospitem uenit, qui  
 tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum  
 exposuisset patriam se liberare uelle, causamq; docuisse,  
 à rege opulento vir summus facile impetravit, ut grandi  
 pecunia adiuuaretur. Quam cūn Sicyonē attulisset, ad-  
 hibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus  
 causas cogouit & eorū, qui aliena detinebant, & eorū,  
 qui sua amiserant: pafecitq; aestimandis possessionibus,  
 & ut persuaderent alijs, ut pecuniam accipere malent,  
 & possessionibus cederent: alijs, ut commodius putarent  
 numerari sibi quod tāti esset, quam suum recuperare. Ita  
 perfectum est, ut omnes constituta cōcordia sine querela 35  
 discederent. O virum magnum, dignumq; qui in nostra  
 rep. natus esset. Sic par est agere cum ciuib; non (ut bis  
 iam uidimus) hastam in foro ponere, & bona ciuiū uoci  
 subiice

subiucere praeconis. At ille Græcus (id quod fuit sapientis, & præstantis uiri) omnibus cōsulendum putuit. Eaq; est summa ratio, & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. Habitatur gratis in alieno. Quid ita? Ut etiam priuato dolore.

Stomachatur Cicer. non nihil dem continere. Habitatur gratis in alieno. Quid ita? Ut cum ego emerim, ædificarim, tuear, impendam, tu me in uito fruare meo. Quid est aliud alijs sua eripere, alijs Divisio agrorum dare aliena? Tabulae uero nouæ quid habent argumenti, indigna.

C.24. Exaggerat con donatione xris alium.

non habeam pecuniam? Quamobrem ne sit *as alienum*, quod *reipub. noceat*, *providendum est*: quod multis rationibus *caveri potest*, si *hos non fuerit*, ut *locupletes suum perdant*, *debitores lucentur alienam*. Nec enim ulla res uehementius remp. continet, quam fides: quaæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Nunquam enim uehementius actum est, quam me consule, ne solueretur. Armis, & castris tentata res est ab omni genere hominum, & ordine: quibus ita restitu, ut hoc tantum malum de repub. tolleretur. Nunquam nec maius *as alienum* fuit: nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas consecuta est. At uero hic noster uictor, nunc quidem uitatus, quaæ cogitarat, cum ipsius intererat, tum ea perfectis, cum eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum cum delectaret peccare, etiam si causa non esset. Ab hoc igitur genere largitionis, ut alijs detur, alijs aufratur, aberunt ij, qui rempub. tuebuntur. In primisq; operam dabunt, ut iuris, & iudiciorum æquitate suum quisq; teneat: et neque tenuiores propter imbecilli

Cæsar acriter taxatus.

Epiphonema.

becillitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua uel tuenda, uel recuperanda obfit inuidia. Præterea quibuscumq; rebus uel beli, uel domi poterunt, rempub. au-  
geant imperio, agris, uel galibis. Hæc magnorum homi-  
num sunt, hæc apud maiores nostros facilitata. Hæc gene-  
ra officiorū qui persequuntur, cum summa utilitate reip.  
magnam sibi adipiscetur et gratiam, et gloriam. In his  
autem utilitatū præceptis Antipater Tyrius Stoicus, qui  
Athenis nuper est mortuus, duo præcepta censet esse à Panætius à Ci-  
cerone defensus  
Panætio prætermissa, ualeitudinis curationem, et pecu- contra Antipa-  
nia. Quas res à summo philosopho præteritas arbitror,  
quod essent faciles : sunt certè utiles.

Quibus rationibus ualeudo, & res familiaris tum pa-  
randa, tum tuenda.

C. 25. **S**ed ualeudo sustentatur notitia sui corporis: et ob= e. u. ualebit inueniendū.  
seruatione earū rerum, quæ res aut prodeſſe soleāt, uia.  
aut obesse: et continentia in uictu omni, atq; cultu cor= Bona vix ratio, me-  
poris tuendi causa: et prætermittendis uoluptatibus. dicumenta factū ming.  
Postremò arte eorum, quorum ad scientiam hæc perti=  
nent. Res autem familiaris quæri debet ijs rebus, à qui=  
bus abest turpitudo: conseruari autem diligētia, et para=  
simonia: ijsdem etiam rebus augeri. Has res commodiſſi=  
me Xenophon Socratus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus,  
Oeconomicus inscribitur: quæ nos ista ferè etate cùm esse id est, de fami=  
lia administran=  
da.

Quartum genus deliberationis, inter utilia utrum uti=  
lius, aut quid utilissimum.

**S**ed utilitatum comparatio ( quoniam hic locus erat  
quartus à Panætio prætermisſus ) sepe est necessaria  
<sup>ad hanc</sup>  
ex ea uisus regimur sacerdoti ex his.

ria. Nam et corporis commoda cum externis, et extera  
 na cum corporis, et ipsa inter se corporis, et externa  
 cum externis comparari solent. Cum externis, corporis  
**59** hoc modo comparantur: ualere ut malis, quam diues esse.  
 Cum corporis, externa hoc modo: diues esse potius, quam  
 maximis corporis viribus. Ipsa inter se corporis sic: ut  
 bona ualutudo uoluptati anteponatur, uires celeritati.  
 Externorum autem: ut gloria diuitijs, uectigalia urbana  
 Quid in agri-  
 cultura utilissi-  
 mum sit, Cato  
 senuis: a quo cum quereretur quid maxime in re familiari  
 expediret: respondit, bene pascere. Quid secundum: satis  
 bene pascere. Quid tertium: bene uestire. Quid quartus:  
 arare. Et cum ille, qui quesierat, dixisset, quid foenerari?  
 tum Cato, quid hominem, inquit, occidere? Ex quo et  
 multis alijs intelligi debet, utilitatum comparationes so-  
 lere fieri, recteque hoc adiunctum esse quartum exquiren-  
 dorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de qua  
 renda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, com-

modius a quibusdam optimis viris ad medium

Ianum sedentibus, quam ab ullis philoso-

phis ulla in schola disputatur. Sunt

tamen ea cognoscenda: perti-

nent enim ad utilitatem,

de qua hoc libro dis-

putatum est.

Reliqua

dcin-

ceps perseque-

mur.

Marcii

MARCI TULLII CI  
CERONIS DE OFFICIIS  
LIBER TERTIVS.



VBLIVM Scipionem, Marce si= Hic Annibale  
li, cum , qui primus Africanus appella= pullo, Africanam  
tus est, dicere solitum scripsit Cato (qui am= fecit tributari-  
fuit fr̄e eius equalis) nunguām se mi= Aequalis ad  
nus otiosum esse. quām cūm otiosus, etatē refertur.  
nec minus solum, quām cūm solus esset. Magnifica uero Decora con-  
uox, & magno uiro, ac sapiente digna : que declarat tentio, ac tradus-  
illum & in otio de negotijs cogitare, & in solitudine ctio. teniguntur solito nobis, ut  
secum loqui solitum, ut neque cessaret unquam, & in otiam, aut nihil  
terdum collo quo alterius non egeret. Ita due res, que agere.  
languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium, & Cessare pro  
solitudo. Vellem & nobis hoc idem uerè dicere liceret. Acuere, pro  
Sed si minus imitatione tantam ingenij præstantiam con= potem hunc posse. Et nos  
sequi possumus, uoluntate certè proximè accedimus. & alios ualde conciliat  
Nam & à repub. forensibusq; negotijs armis impiq;, latonem ingre- Verecude col- annuos.  
uiq; prohibiti otium perseguimur. Et ob eam causam ditur.  
urbe relicta, & rura peragrates sepe soli sumus. Sed nec  
otium hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa  
comparanda est. Ille enim requiescens à reipub. pul-  
cherrimis muneribus otium sibi sumebat aliquando: &  
à cœtu hominum, frequentiaq; interdum tanquam in  
portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem  
otium negotij inopia, non requiescendi studio constitu-  
tum est. Extincto enim senatu, deletisq; iudicijs, quid  
est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere

*Si sciuī verbērū iugatis, cōsidera ent. possit  
quod ita p̄lendum ē, ut otia d̄ plūd̄  
corporis, mentis autem occupatio intel-  
igatur.*

*inventum dū.*  
possumus? Ita qui in maxima celebritate, atq; in oculis ci-  
uium quondā uiximus, nunc fugientes conspectū sclera-  
torum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum  
licet, & sepe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus do-  
cis accepimus, nō solū ex malis nunima oportere elige-  
re, sed etiā excerpere ex his ipsis, siquid inesset boni: pro-  
pterea ex otio fruor, nō illo quidem quo debeat is, qui  
quondā peperisset otium ciuitati: nec eam solitudine lan-  
guere patior, quam mihi affert necessitas, non uoluntas.

*Lacenter suum  
otium comedat.* Quanq; Africianus maiore laudē uel meo iudicio affe-  
quebat, nulla tamen eius ingenij monumenta mandata  
literis, nullum opus otij, nullum solitudinis munus extat.

*Sapiens . nec  
otiosus unquam  
neq; solus.* Ex quo intelligi debet, illū mentis agitatione, inuestiga-  
tioneq; earum rerum, quas cogitando cōsequebatur, nec  
otiosum, nec solum unquam fuisse: nos autē, qui non tantū  
roboris habemus, ut cogitatione tacita à solitudine abstra-  
hamur, ad hanc scribendi operā omne studium, curamq;  
conuertimus. Itaq; plura breui tēpore euersa, quām mul-  
tis annis stante rep. scripsimus. Sed cū tota philosophia,  
mi Cicero, frugifera, & fructuosa, nec ulla pars eius incul-  
ta, ac deserta sit, tum nullus feracior in ea locus est, nec  
überior, quām de officijs, à quibus constanter, honesteq;

*Memorize , id  
est etiam.* uiuēdi p̄cepta ducuntur. Quare quanquam à Cratippo  
nō nostro principe huius memorie philosophorum hac te  
Loci cohortan assidue audire, atq; accipere confido, tamen conducere  
dīprimū à re, deinde ab ex- arbitror, talibus aures tuas uocibus undiq; circumsona-  
pectatione, quā  
a sua, Cratip- re, nec eas (si fieri posſit) quicquam aliud audire. Quid  
piq; persona, cum omnibus est faciendū, qui uitam honestam ingredi-  
rum etiam à lo cogitant, tum hāud scio an nemini potius, quām tibi. Su-  
eo colligit.

*pro in inventu.*

*stines*

stines enim nō paruam expectationē imitanda industrie nostrae, magnam honorū, nōnullam fortasse nominis. Suscepisti onus præterea graue et Athenarū, et Cratiphi: ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarū artium sis profectus, in anem redire turpiſſimum est, dedecorantem et urbis autoritatem, et magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (si descendendi labor est potius, quam uoluptas) tantū fac efficias: dicere.  
 ne'ue cōmittas, ut cū omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse uideare. Sed hec hactenus. Multa enim ſepe ad te cohortandi gratia ſcripſimus. Nunc ad reliquam partem propositæ diuisionis reuertamur.

Reprehensus Panætius, quod tria genera pollicitus, tertium non exulerit. Ab alijs item notatus, quod eam partem homo Stoicus inducerit, in qua diceretur cum honestate pugnare utilitas, atque à Cicero defensus.

**P**anætius igitur, qui sine controuersia de officijs ac curatiſſime diſputauit, quicq; nos correcciōe quādam adhibita, potiſſimum ſequunt ſumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, et consultare de officio ſolerent (uno cū dubitarent honestum'ne id eſſet, de quo agretur, an turpe: altero, utile'ne, an inutile'ne, ſpeciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile uideretur, quomodo ea discerni oportet) de duobus generibus primis tribus libris explicauit: de tertio autem genere deinceps ſe ſcripſit dicturū, nec exoluit quod promiferat. Quod eō magis miror, quia ſcriptum à diſcipulo eius Poſidonio eſt, triginta annis uixisse Panætium post, quam eos libros edidiffet. Quem locum miror à Poſidonio breuiter eſſe tractatum in quibusdam

H      busdam

busdam cōmentarijs, præsertim cū scribat nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. Minime uero assentior ijs, qui negant eum locum à Panetio pretermissum, sed consultò relictū, nec omnino scribendum fuisse: quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. De quo alterū potest habere dubitationē, adhibendum ne fuerit hoc genus, quod in diuīsione Panetij tertiu est, an planè omittendum: alterum dubitari non potest, quin à Panetio susceptū sit, sed derelictum. Nam qui è diuīsione tripartita duas partes absquerit, huic necesse est restare tertiam. Prætereā in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit eodem testis, locuples Poſidonius, qui etiam scribit in quadam epistola Publium Rutilium Ruffum dicere solere, qui Panetium audiuerat, ut nemo pictor esset inuentus, qui Ve-

Nobilis illa  
Venus Apellis,  
capite tantum  
absoluta, reli-  
quo corpore de-  
linicata solum.  
3.

neris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset,  
absoluveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imita-  
di spem aufrebat) sic ea, quæ Panætius prætermisisset,  
& non perficiisset, propter eorū, quæ perficiisset prestan-  
tiam, neminem esse persecutum. Quamobrem de iudicio  
Panætij dubitari non potest: recte ne autem hanc tertianam

C.3.

Vnicū bonū partem ad exquireāvum officium adiunxerit, an iecū, ac  
Stoici ponunt. eo fortasse dubitari potest. Nam siue honestū solum bonū  
est, ut Stoicis placet; siue quod honestum est, id ita sum-  
Peripateticī or- mum bonum est (quemadmodū Peripateticis nostris ui-  
dinēm bonos- detur) ut omnia ex altera parte collocata uix minimi mo-  
inducunt. menti instar habeant: dubitandum non est, quin nūquām  
posit utilitas cum honestate contendere. Itaq; accepimus  
Socratem solitum execrari eos, qui primum hēc natura-  
lē artēclarēdāy. cohā

cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut etiam quicquid honestum esset, id utile esse censerent, nec utile quicquam, quod non honestum. Quòd si is esset Panætius, qui virtutē propterea colendā diceret, quòd ea efficiens utilitatis esset, ut ijs, qui res expetendas uel uoluptate, uel indolenzia metiuntur, liceret ei dicere honestatē aliquando cum utilitate pugnare: sed cùm sit is, qui id solum bonū iudicet, quod honestum sit, quæ autem huic repugnant specie quadam utilitatis, eorū neq; accessione meliorem uitam fieri, nec decessione peiorem, non uidetur huiusmodi debuisse deliberationem introducere, in qua quod utile uideretur, cum eo, quod honestū est, comparetur. Etenim quod summum bonum à Soticiis dicitur conuenienter naturæ uiuere, id ha-

bet hāc (ut opinor) sententiā, naturā cū uirtute cōgruerem semper, cætera autē, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea uirtuti non repugnarent. Quod cùm ita sit, putant quidam hanc comparationē non rectē esse intro-

Legere, profu-  
merē, uel deli-  
gere.

ductam, nec omnino de eo genere quicquā præcipiendū fuisse. Atq; illud quidem honestum, quod propriè uereq; dicitur, id in sapientibus est solis, neq; à uirtute diuelli unquā potest. In ijs autē, in quibus sapientia perfecta nō est, ipsum illud quidem perfectum, honestum nullo modo esse potest, sed similitudines honestū esse possunt. Hæc igitur omnia officia, de quibus his libris disputationis, media Stoici appellant: & ea cōmunia sunt, & latē patēt: que & ingenij bonitate multi aſsequuntur, & progreſſione discendi. Illud autē officium, quod rectum ijde appellant, perfectum, atque absolutum est: & ut ijdem di-

Vera uirtus in  
uno sapiente:  
Simulachra e-  
ius etiā in me-  
diocribus.  
Mēta, & adia-  
phora.

Omnis nōmē cūt omnes numeros habet, nec p̄ter sapientem cadere  
ros, id est nullā in q̄ ēquam potest. Cu n autem aliq̄d actum est, in quo  
p̄s deest. media officia compareant, id cumulite uidetur esse perf̄  
ctum, proptereā quōd uulgas quid absit a perfecto non  
fere intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat p̄rā  
De artibus ne- termissim; quod autem in poēmatibus, & in picturis usū  
mo recte iudi- cat, mihi artifex: uenit, in alijsq; cōpluribus, ut dilectentur imperiti, laue  
de uirtute non dent; ea, quæ laudanda non sint, ob eam credo causam,  
vñ lapieus. quōd insit in his aliq̄d probi, quod capiat ignaros, qui  
idem quid in unaquaque re uitij sit, nequeant iudicare.

*Docti partici- ltaq; cum sint docti a peritus facile desistunt a sententia.  
pium.* Hec igitur officia, de quibus his libris differimus, quasi  
C. 4. secunda quedam honesta dicunt esse, nō sapientum modò  
propria, sed cum omni hominum genere cōmunia. Itaq;  
Virtutis indo his omnes, in quibus est uirtutus indeoles, commouentur.

*Ils.* Nec uero cum d̄to Decij, aut duo Scipiones fortes uiri  
Decij, pater & cōmemorātur, aut cū Fabritius, aut Aristides iusti nomi-  
nati.

Scipiones fra- nantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiae, tanquā  
tres. Fabritius auriā sapientibus, petitur exemplum Nemo enim horū sic sa-  
con emperor. Aris ides Atne piens est, ut sapiente intelligi hic uolumus. Nec y, qui sa-  
menta iusti co- mitem, ob ab ille pie ites habuit sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lelius  
gnomē meru. sapientes fuerit. Ne illi quidem septem, sed ex mediorum

Cato & Lx- officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant,  
Ius sapientia co- gnominati. Speciemq; sapientum. Quocirca nec id quod uerè hone-  
stum est, fīlū est, fīlū est cū utilis repugnantia comparari: nec id,  
I gendū, cū uti si uti repugnat quod communiter appellamus honestum, quod dīq; colitur  
comparari. ab yis, qui bonos uiros haberis uolunt, cū emolumentis  
unquam est comparandum. Tamq; id honestum, quod in  
nostram intelligentiam cadit, tuendum, conseruandumq;  
est no

est nobis, quam id, quod propriè dicitur, uereq; est honestum sapientibus. Aliter enim teneri nō potest, si qua ad virtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de ijs, qui conseruatione officiorum existimatur boni.<sup>t</sup> Qui autem Epicurei omnia metiuntur emolumentis, et cōmodis, neq; ea uolunt preponderari honestate, iij solent in deliberādo honestum cū eo, quod utile putant, cōparare: boni uiri non solent. Itaq; existimo Panetium, cū dixerit homines sole re in hac cōparatione dubitare, hoc ipsum sensisse quod dixerit, solere modò, non etiā oportere. Etenim nō modò pluris putare, quod utile uideatur, quam quod honestum, sed hæc etiam inter se comparare, et in his addubitare, turpisimū est. Quid est ergo quod nonnunquam dubitationem affrre soleat, considerandumq; uideatur? Credo siquādo dubitatio accidit, quale sit id, de quo considetur. Sepe enim tempore fit, ut quod plerunq; turpe haberi soleat, inueniatur nō esse turpe. Exempli causa ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest esse maius scelus, quam non modò hominem, sed etiā familiarem occidere? Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Populo quidem Rom. non uidetur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit igitur utilitas honestatem, imo uero honestas utilitatem secuta est.

Modò, pro duntaxat.

Exponit quæ habeat intellectu, cū honestias dicuntur cū utilitate pugna re.

Formula præscripta, nēquando nos falsa utilitatis species ab honestate abducat, ut iniustiam, uel solum, uel maximum bonum statuamus, iniustiam malorum maximum nihilq; ad priuatum, commodium, sed ad cōmūnem societatem referantur omnia

**I**Taq; ut sine ullo errore dijudicare possumus, si quando cum illo, quod honestum intelligimus, pugnare id

H 3 uide

## 118 M. TVL. CICERONIS

uidebitur, quod appellamus utile, formula quædā dispue-  
tandi cōstituenda est: quam si sequemur in comparatio-  
ne rerū, ab officio nunquam recedemus. Erit autem hec  
formula Stoicorū rationi, disciplinæq; maximè consen-  
tanea: quam quidē in his libris propterea sequimur, quod  
Olim idem  
Academicī, &  
Peripatetici.  
quānquam ex à ueteribus Academicis, & à Peripate-  
ticis nostris ( qui quondam idem erant, qui Academicī)  
qua honesta sunt anteponuntur ijs, quæ uidentur uita  
lia: tamen splendidius hæc ab eis differuntur, quibus  
quicquid honestum est, idem utile uidetur: nec utile quic-  
quam, quod non honestum: quām ab ijs, quibus est ho-  
nestum aliquod non utile, aut utile non honestum. No-  
bis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut  
quocunq; maximè probabile occurrat, id nostro iure li-

C.5. Quoduis in-  
commodum po-  
tius accipien-  
tur aliquid alteri, & hominem hominis incōmodo suum  
dum, quam in-  
tusē quid com-  
mittendum, mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quæ  
possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam  
principio tollit coniuctum humanum, & societatem. Si  
enim sic erimus affecti, ut propter suū quisq; emolumen-  
tum spoliari, aut uiolet alterum, disrumpi necesse est eam,  
qua maxime est secundum naturam, humani generis so-  
cietatem. Ut si unumquodq; membrum sensum huc ha-  
beret, ut posse putaret se ualere, si proximi membra uas-  
tus Paulus uti letudinem ad se traduxisset, debilitari, & interire totum  
corpus necesse esset: sic si unusquisq; nosirum rapiat ad  
se commoda aliorum, detrahatur quod cuiq; possit emo-  
lumenti sui gratia, societas hominum, cōmunitasq; euera-  
titur

Mira simili-  
tudo, qua & di-  
uis Paulus uti  
tur de societate  
membrorū in-  
ter se.

Cicero igit scedit illud, quod vulgo raditum, ordinatum charitatem incipit ei.

### DE OFFIC. LIB. III.

tatur necesse est. Nam sibi ut quisque malit, quod ad usum suum dicitur, ius naturae pertineat, quam alteri acquirere concessum est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus.

Neque uero hoc solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus res publicae continentur, eodem modo constitutum est, ut non licet sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, in columne esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. Atque hoc multo magis exigit ipsa naturae ratio, quae est lex diuina, et humana, cui parere qui uelit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam uolent uiuere) nunquam committet, ut alienum appetat, et id quod alteri detraherit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundum naturam celsitus animi, et magnitudo, itemque comitas, iustitia, liberalitas, quam uoluntas, quam uita, quam diuitiae. Quae quidem contemneret, et pro nihilo ducere compararem cum utilitate com- muni, magni animi, et excelsi est. Detrahere autem alteri sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cetera generis eiusdem. Itemque magis est secundum naturam pro omnibus gentibus (si fieri posset) conseruandis, aut uiuadis maximos labores, molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem fama beneficiorum memor in concilio ecclesiastico collocauit, quam uiuere in solitudine non modo sine ullis molestijs, sed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine, et

uiribus. Quocirca optimo quisque, splendidiſſimōq; inge-  
nio longē illam uitam huic anteponit. Ex quo efficitur,  
Complexio hominem naturae obedientem, homini nocere non posse.  
qualificans. Deinde qui alterum violat, ut ipſe aliquid commodi con-  
sequatur, aut nihil se existimat contra naturā facere, aut  
magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem,  
amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum,  
quām facere cuipiā iniuriam. Si nihil existimat cōtra na-  
turam fieri in hominibus violāndis, quid cum eo differat,  
qui omnino hominem cōmine tollat? Sin fugiendum  
id quidem censet, sed ex multō illa peiora, mortem, pau-  
pertatem, dolorem: errat in eo, quod ullum aut corporis,  
aut fortunae uitium animae uitij grauius existimat. Ergo

C. 1. Societas ius non modo cā unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit util-  
propinquus, sed etiam cum uni-  
versis ciuiis, rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio. Atque si  
poltemo & cū etiam hoc natura præscribit, ut homo homini, quicunq;  
holipitibus fer-  
uandum.

10 tem primum, uerum igitur & extreum. Nā illud quidem absurdū est, quod quidam dicunt, parenti se, aut frātri nihil detracturos commodi sui causa, sed aliam ratio-  
nem esse ciuium reliquorū. Hi sibi nihil iuris, & nullam  
societatem cōmuni utilitatis causa statuunt esse cū ciui-  
bus: quæ sententia omnem societatem distrahit ciuitatis.  
Qui autem ciuium rationem dicūt esse hahendam, exter-

norūm  
Ad tales igitur ciuiū ventum est, Euipidi obtemperantes,  
pitemq; bīfūr aquarū hūc tūcū recipere erat. Taceve  
præstat, q; tamorem penderet.

norum negant, hi dirimunt communem humani generis  
societatem:qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas,  
iustitia funditus tollitur. Que qui tollunt, etiā aduersus  
deos immortales impij iudicandi sunt: ab his enim cōsti-  
tutam inter homines societatem euertunt. Cuius societa-  
tis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra  
naturam, hominem homini detrahere sui cōmodi causa,  
quam omnia incōmoda subire uel externa, uel corporis,  
uel etiam ipsius animi, quae uacēt iustitia. Hec enim una  
virtus omnium est domina, & regina virtutum. Forstian  
quissiam dixerit, non ne igitur sapiens, si fame ipse con-  
ficiatur, abstulerit cibū alteri homini ad nullam rē utili?  
Minime uero. Non enim mali est uita mea utilior, quam  
animi talis affectio, neminem ut uiolem cōmodi mei gra-  
tia. Quid? si Phalarim crudelēm tyrānum, & immanem  
uir bonus, ne ipse frigore cōficiatur, uestitu spoliare pos-  
sit, non' ne faciat? Hæc ad iudicandū sunt facilissima. Nam  
siquid ab homine ad nullam partem utili, tuae utilitatis  
causa detraxeris, inhumanè feceris, contraq; naturæ le-  
gem: si autem is tu sis, qui multam utilitatem reip. atq;  
hominum societati, si in uita remaneas, afferre possis, si  
quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehē-  
dendum: si autem id non sit eiusmodi, suum cuique in-  
commodum ferendum est potius, quam de alterius com-  
modis detrahendum. Non igitur magis est contra natu-  
ram morbus, aut egestas, aut quid huiusmodi, quam de-  
tractio, atq; appetitio alieni. Sed communis utilitatis de-  
relictio cōtra naturam est: est enim iniusta. Itaq; lex ipsa  
naturæ, quæ utilitatem hominum conseruat, & continet,

Alienum nihil  
usurpandū, nec  
si citra cuius-  
quam iniuriam  
ueri potest.

Homini ad nō  
bit utili detra-  
here licet, si ec-  
spedes ut locie-  
tati profis, non  
propriè tibi

*Causam, id est, bene existimans, & diligens hanc causam habeat ad in-*  
*prætextum, & commentitiam iuriam. Itaq; semper officio fungatur, utilitati consulens*  
*defensionem.*

*decernit profecto ut ab homine incerti, atq; inutili ad sa-*  
*pientem, bonum, fortēmque virum trāferantur res ad vi-*  
*uendum necessariæ: qui, si occiderit, multū de communi*  
*utilitate detraxerit: modò hoc ita faciat, ut ne ipse de se*

*Efficax argu-*  
*mentum à ma-*  
*lore.*

*decernit profecto ut ab homine incerti, atq; inutili ad sa-*  
*pientem, bonum, fortēmque virum trāferantur res ad vi-*  
*uendum necessariæ: qui, si occiderit, multū de communi*  
*utilitate detraxerit: modò hoc ita faciat, ut ne ipse de se*

*cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista*  
*in figura hominis feritas, & immanitas belluae à comu-*  
*ni tanquam humanitate corporis segreganda est. Huius*  
*generis sunt quæstiones omnes et in quibus ex tempore*  
*officium exquiritur. | Eiusmodi igitur credo res Panetū*

*persecutum fuisse, nisi alius casus, aut occupatio consi-*  
*lium eius peremisset. Ad quas ipsas consultationes ex su-*  
*perioribus libris satis multa præcepta sunt, quibus per-*  
*spici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum,*

*Festigii, id est, quid sit id, quod idcirco fugiendum non sit, quia omnino*

*fumina manu: ab edificijs trāc turpe non sit. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen*

*lato, quibus p. absolute, tanquam festigium imponimus: ut geometre*

*seccis conus ali quis imponitur solent non omnia docere, sed postulare ut quædam sibi*

*In summo. concedantur, quò facilius, quæ uelint, explicit: sic ego à*

*Principia pri ma per se nota. te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas (si potes) nihil,*

*prater*

præter id, quod honestū sit, esse propter se expetendum. Sin hoc nō licet per Cratippū, at illud certè dabis, quod honestū sit, id esse maxime propter se expetendum. Mihi utrumuis satis est: & tum hoc, tum illud probabilius uidetur, nec prætereà quicquā probabile. Ac primum Panætius in hoc defendendus est, quod nō utilia cum honestis pugnare dixerit aliquando posse (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ uidetur utilia. Nihil uero utile, quod nō idem honestū: nihil honestū, quod nō idem utile sit, saepe testatur: negatq; ullam pestem maiorem in uitā hominum inuasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaq; nō ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine errore dijudicaremus, siquādo incidissent, induxit eā, quæ uideretur esse, non quæ esset, repugnantia. Hanc igitur partē relicta explebimus, nullius adminiculis, sed (ut dicitur) Marte nostro. Neq; enim quicquam de hac parte post Panætiū explicatum est, quod mihi probaretur de ijs, quæ in manus nostras uenerunt.

Nequa nos commoditis quantanis cum summa etiam imputitate coniuncta permoueat, ut uel tantillum ab honesto recedamus, sine quo nihil non perniciolum.

C. 9. **C**um igitur aliqua species utilitatis obiecta est, com-  
moueri necesse est: sed si cùm animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit, tunc utilitas non requirenda est, sed intelligendum ubi turpitude sit, ibi utilitatem esse non posse. Quòd si nihil est tam contra naturam, quam turpitude (recta enim, & conuenientia, & constantia natura desiderat, aspernaturq; contraria) nihilq; tam est secundum naturā, quam utilitas, certè in eadem re utilitas, & turpitu-

Marte nostro  
pueritaliter, à  
militia transla-  
tum, ubi suo  
Marte rem geo-  
tere dicebātur,  
qui nullis auxi-  
liaribus copijs  
adiuti, commis-  
serent.

turpitudo esse non potest. Itemque, si ad honestatem natum  
sumus, eaque; aut sola experte&da est (ut Zenoni est uisum)  
aut certe omni pondere grauior est habenda, quam reli-  
qua omnia, quod Aristoteli placet, necesse est quod ho-  
nestum sit, id esse aut solum, aut summū bonū: quod au-  
tem bonum, id certe utile: ita quicquid honestum, id uti-  
le.

**Turpis utili-  
tas omnium sce-  
lerum patens.**

Quare error hominum non proborum, cum aliquid  
quod utile uisum est, arripuit, id continuo fecerit ab ho-  
nesto. Hinc sicæ, hinc uenena, hinc falsa testamenta na-  
scuntur: hinc furtæ, peculatus, expilationes, direptionesque  
sociorum, et ciuium: hinc opum nimiarum potentia non  
ferendæ: postremò etiam in liberis ciuitatibus existunt re-

**Turpitudo per-  
gnandi cupiditates,** quibus nihil nec tetrius, nec sedius  
se fugienda, etiam excogitari potest. Emolumēta enim rerum fallacibus u-  
tate proposita, dicijs uident: pœnam, non dico legum, quas sëpe perfun-  
punt, sed ipsius turpitudinis (quæ acerbißima est) non ui-  
dent. Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pel-  
latur è medio (est enim totum sceleratum, et impium)

**Turpi in re,  
turpis etiā ipsa  
deliberatio.**

qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse  
uideant, an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim  
dubitacione facinus inest, etiam si ad id non peruerterit.  
Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est tur-  
pis ipsa deliberatio. Atq; etiā in omni deliberatione ce-  
landi, et occultandi spes, opinioque remouenda est. Satis

**Aurea prae-  
ceptio, & temper-  
antrum nobis (si modo in philosophia aliquid proficiimus)**

impectore gesta persuasum esse debet, si omnes deos, hominesque celare  
da.

**Lib. i. de rep. possumus, nihil tamē auare, nihil iniuste, nihil libidinose,  
Fabula Gygis nihil incōtinenter esse faciēdum. Hinc ille Gyges induc-  
tus a Platone, qui cūn terra discessisset magnis quibus-**

**Hunc e frustat. ē Philosophia fructu cepisse dicebat, q[uod] ultro damnata  
ipse d[icit] faceret d[icit] vitaret ea, ad q[uod] d[icit] facienda d[icit] vitanda  
ad metu legū impellere vult. W. 56.3.**

dam hymbribus, in illum hiatum descēdit, & neum equum  
 (ui ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores  
 essent: quibus apertis, hominis mortui uidit corpus ma= Pala. massa,  
 qua anuli gem=ma clauditur.  
 gitudine inusitata, anulumq; aureum in digito: quem ut  
 deraxit, atq; ipse induit (erat autem regius pastor) tum  
 in concilium pastorum se recepit: ibi cūm palam eius  
 anuli ad palmā conuerterat, à nullo uidebatur, ipse au= 13  
 tem omnia uidebat: idem rursus uidebatur, cūm in locum  
 anulum inuerterat. Itaque hac opportunitate anuli usus,  
 reginæ stuprum intulit: eaq; adiutrice regem dominum  
 intererit, sustulitq; quos obstatre arbitrabatur. Nec in  
 his quisquam eum facinoribus potuit uidere: sic repente  
 anuli beneficio rex exortus est Lydie. Hunc igitur ipsum  
 anulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet pec= Cui rei fabuze  
 singantur, nem=pe ut exempla  
 proponantur.  
 care, quām si nō haberet. Honesta enim bonis viris, non  
occulta queruntur. Atq; hoc loco philosophi quidam, mi= 14  
 nime mali illi quidem, sed nō satis acuti, futuram, & com= . . .  
 mentitiā fabulam dicunt prolatam à Platone: quasi uero  
 ille aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. Hæc est  
 uis huius anuli, & huius exempli: si nemo sciturus, nemo  
 ne suspicaturus quidē sit, cūm aliquid diuinitiarum, poten= . . .  
 tie, dominationis, libidinis causā feceris, si id dijs, homi= . . .  
 nibusq; futurum sit semper ignotum, sis ne facturus? Ne= . . .  
 gant id fieri posse: quanquā potest id quidē. Sed quaro:  
 quod negant posse, id si posset, quidnam facerēt? Vrgent  
 rustice sanè: negant enim posse, & in eo perstant. Hoc  
 uerbum, si, quid ualeat, non uidet. Cūm enim querimus si  
 possint celare, quod facturi sint, nō querimus, possint ne  
 celare: sed tanquam tormenta quædam adhibemus, ut si  
 respon

responderint se impunitate proposita facturos, quod excepierat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse coecendant. Sed iam ad propos*C. 10.* situm recuertamur. Incidunt saepe multæ causæ, quæ conturbant animos utilitatis specie, non cū hoc deliberetur, relinquenda ne sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud, posuit ne

In Collatino id, quod utile uideatur, fieri non turpiter. Cum Collatino appter inuidiæ nominis etea. Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat, poterat quia pu-<sup>14</sup> uideri facere id iniuste: fuerat enim in regibus expellentib[us] utilitati consulum est, dis socius Brutii consilioriū, & adjutor: cum autem consilie honestas solum hoc principes cepissent, cognitionem Superbi, no[n] dem abluit, menq[ue] Tarquiniorum, & memoriam regni esse tollendam, quod erat utile patriæ cōsulere, id erat ita honestū, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaq[ue] utilitas ualuit propter honestatem, sine qua nec utilitas quidem esse

Romulus, ut potuisse. At in eo rege, qui urbem condidit, non item. solus imperia. Species enim utilitatis animum impulit eius, cui cūnūia ret, Remum fratrem occidit, hāc sum esset utilius solum se, quam cum altero regnare, fratrem quidem causam prætexens, q[uod] ut id quod utile uidebatur, neq[ue] erat, assequi posset: & tamen muri causam opposuit specie honestatis, nec pro-

Romulus, babilem, nec satis idoneā. Peccavit igitur, pace uel Quirini, uel Romuli dixerim.

Proprijs commodis quatenus cuip[ue] inscriuire pessimum.

**N**ec tamen nostræ nobis utilitates omitenda sunt, alisq[ue] tradende, cū his ipsi egeamus: sed sue cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruendum est. Scitè Chrysippus, ut multa: qui stadium, inquit, currit

*currit, enīti, & contendere debet, quām maximē posīt,  
ut uincat: supplantare eum, qui cūm certet, aut manu de=  
pellere nullo modo debet. Sic in uita sibi quenq; petere,  
quod pertineat ad usum, non iniquum est, alteri subripe=  
re, ius non est.*

*Formula in amicitiis, ut semper honestati cedat benevolentia ami-  
ci, fides praeſtitur, etiam maximis incommidis propositis. Commu-  
nibus in rebus tantum charitati amicorum tribuatur, quantum reli-  
gio, & honesti ratio patitur: ceterum nequa res turpis aut petatur ab  
amico, aut praeſtitur petenti.*

**M**axime autem perturbantur officia in amicis, qui=bus & non tribuere, quod recte posīs, & tri=buere, quod non sit equum, contra officium est. Sed hu=ius generis totius breue, & non difficile praeceptum est. Commodan=citra aras. Quæ enim uidentur utilia, honores, diuitiae, uoluptates, dum amicis, sed & cetera generis eiusdem, hæc amicitie nunquam an=teponenda sunt. Et neque contra rem pub. neque contra Quatenus ob=sequendum a=amicis. iuriurandum, ac fidem amici causa vir bonus faciet, ne si iudex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cūm induit iudicis. Tantum dabit amicitiae, ut ue=ram amici causam esse malit, & ut peroranda liti tēpus, Perorādæ, si=nīdæ. Malum equidē ad am=pliationem, & id est (ut arbitror) mēntem suam, qua nihil homini dedit ad clepsydrarū numerum refer=re. Itaq; præclarum à maioribus accepi=mus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, quæ salua fide facere posīt. Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paulo Iudex quod salua fide præ=stare nō posſit, ante dixi, honesta amico à iudice posse concedi. Nam si omnia facienda sint, quæ amici uelint, nō amicitiae tales, ne rogandus quidem est. sed coiurationes putādæ sunt. Loquor aut̄ de cōmunitib⁹ Fides amico præſtañda, amicitijs

Damon & Pythias <sup>15</sup> nam in sapientibus uiris, atque perfectis nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam Pythagoreos felicitate par amico runt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Diogenes tyrannus diem necis destinauisset, & is, qui morti addicatus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, uas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi.

\* Al. reuer-  
tis et ad diem  
ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus,

C. II.  
Iaceat pro ne-  
gligatur,  
petuit ut se in amicitiam tertium adscriberent. Cum igitur id, quod utile uidetur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, iaceat utilitatis species, ualeat honestas. Cum autem in amicitia, quae honesta non sunt, postulabuntur, religio, & fides anteponantur amicitiae: sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officij.

In publicis consultationibus semper honesta falsa utilitate potius habendum, neq; consilium ulrum uideri utile oportere, quod cum honesto pugnet: Atque huius rei uiranc in pattem exempla.

In Corinthon delenda falsa utilitas species fuit. Romano nibil enim utiliter fit. qd Aegina insula & regione Attica. <sup>16</sup> Pyræus portus Athenarum.

**S**ed utilitatis specie in repu. sapissime peccatur, ut in Corinthi disturbance nostri. Durius etiā Atheniensis, qui sciuerūt ut Aeginetis (qui classe ualebant) polluces præciderentur. Hoc uisum est utile (nimis enim imminebat propter propinquitatē Aegina Pyræo) sed nibil, quod crudele, utile. Est enim hominū naturæ (quam sequitur debemus) maximè inimica crudelitas. Male etiā q; peregrinos urbibus uti, phibet, eosq; exterminat, ut Penæus

\* Aliter, Pe-  
tronius apud patres nostros, Papius nuper. Nā esse pro ciue, qui ciuis nō sit, rectum est nō licere: quam tulerūt legē sapientissimi cōsules Crassus & Scæuola. Vsu uero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclaraj, in quibus

quibus publice utilitatis species præ honestate cōtemni= Cannēsi. & Can-  
tur. Plena exemplorum est nostra respu. cūm sape alias, niswico Apulic.  
tum maximè bello Punico secūdo, quæ Cannenſi calam- ubi Paulus Ac-  
itate accepta, maiores animos habuit, quām unquā rebus mitius fuit cum  
secundis. Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. inumerabili ci-  
Tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athē- vium, et socios  
nenses cūm Persarum impetum nullo modo possent sustin Romanos mul-  
nere, statuerentq; ut urbe relictā, coniugibus, et liberis titudine cœfus.  
Trozezen in Pe-  
nīs depositis naues conscenderent, libertatemque donia dīcta.  
Trozezen in Pe-  
nīs depositis naues conscenderent, libertatemque donia dīcta.  
Græciae classe defenderet, \*Cyrſilum quendam suadentē, Trozezen in Pe-  
ut in urbe manerent, Xerxesq; reciperen, lapidibus ob- topomnefo, in  
ruerunt. At qui ille sequi utilitatem videbatur, sed ea nul- finu Argolicez  
la erat, repugnare honestate. Themistocles post uictoriā que olim Polis  
eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in cōcione se habere Lycidam suis  
consilium reip. salutare, sed id sciri opus nō esse: postula scribunt.  
ut aliquem populus daret, qui cum communicaret. Historia est a-  
Datus est Aristides. Huic ille Classem Lacedemoniorum, pud Demosthe-  
qua subducta esset ad Gytheum, clām incendi posse: quo pī strophes Λόγια  
facto, frangi Lacedemoniorum opes necesse esset. Quod Sic sic accipiēt  
Aristides cum audiūisset, in concionem magna expecta- omnia uel tur-  
tione uenit, dixit perutile esse consilium, quod Themisto- Datus est Aristides. Huic ille Classem Lacedemoniorum, pīstima suadet,  
cles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, modo quæstu  
quod honestum non esset, id ne uile quidem putauerunt:  
totamq; eam rem, quam ne audiuerant quidem, autore In altero nota-  
Aristide repudiauerunt. Melius hi, quām nos, qui Piratas tus Pompeius.  
immunes, socios uectigales habemus.) Maneat ergo quod se uictis aliquot C 12 .  
turpe sit, id nunquā esse uile, ne tum quidem, cūm id mīlia per colo-  
quod utile esse putas, adipiscare. Hoc enim ipsum utile nias diuīlit: in  
putare, quod turpe sit, calamitosum est. altero Cæsar, q  
Campanorū agros distribuit.

In contractibus communibus, que formula honesti, & utilis. Finis autem speciem quandam iureconsultorum more, de his ea duos Stoicos diuersa sentientes, quorum alter ad Stoicam rationem omnia refert, alter & hominum consuetudine & iure civili moderatur.

**S**ed incidentur (ut supra dixi) sepe cause, cum repugnare utilitas honestati uideatur, ut animaduertendum sit repugnet ne planè, an possit cum honestate conciliari. Eius generis haec sunt questio[n]es: si (exempli gratia) uir bonus Alexandria prefectus Rhodum magnum frumenti numerum aduixerit in Rhodiorum inopia, et fame, summa que annonæ caritate: si idem sciat complures mercatores Alexandria soluisse, nauesq[ue] in cursu frumento onustas petentes Rhodum uiderit, dicturus ne sit id Rhodijs, an silentio suum quam plurimo uenditurus? Sapientem, et bonum uirum fingimus: de eius delibera[t]ione, et consultatione querimus, qui celatus Rhodios non sit, si id turpe iudicet, sed dubitet an turpe non sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni Babylonio uideri solet, magno, et gravi Stoico: aliud Antipatro discipulo eius, homini acutissimo. Antipatro omnia patefacienda, ut nequid omnino, quod uendor norit, emptor ignorat: Diogeni uenditorem quatenus iure civili constitutum sit, dicere uitia oportere, cetera sine insidijs agere: et quoniam uendat, uelle quam optimè uendere. Aduxi, exposui, uendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum maior est copia: cui fit iniurias? Exortatur Antipatri ratio ex altera parte. Quid agis? tute cum hominibus consulere debeas, et seruire humanae societati, eaq[ue] lege natus sis, et ea habeas principia nature, quibus parere, et que semper sequi debeas, ut utilitas

Soluisse neutra  
liter, id est, na-  
sigasse.

Festivus dialo-  
gismus inter Dio-  
genem & An-  
tipatrum.

tua communis utilitas sit, uicissimq; communis utilitas tua sit, celabis homines quid his adsit commoditatis, & copiae? Respondebit Diogenes fortasse sic: aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico quæ natura deorum sit, quis sit finis bonorum, quæ tibi plus professent cognita, quam tritici utilitas. Sed nō quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. Imò uero (inquiet ille) necesse est: si quidem meministi esse inter homines natura coniunctam societatem. Memini, inquiet ille, sed num ista societas talis est, ut nihil suum cuiusq; sit? Quod si ita est, ne uendendū quidē quicquā est, sed donandum. Vides in hac tota disceptatione non illud dici, quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, ut turpe non sit. Ex altera autem parte, ea re, quia turpe sit, nō esse faciendū. Vendat ædes uir bonus propter uliqua uitia, quæ ipse norit, cæteri ignorant. Pestilentes sint, & habeantur salubres: igno= return in omnibus\* cubiculis apparere serpentes, male ma= \*Quidam cubi teriatæ, ruinose, sed hoc præter dominum nemo sciat. libus legūt, pro latebris.  
 Quero, si hoc emptoribus uendor non dixerit, adesq; uendiderit pluris multò, quam se uenditurū putarit, num id\* iuste, an improbè fecerit? Ille uero (inquit Antipater) \*al's, iniuste, improbè facit. Quid enim est aliud, quam erranti uia nō aut improbè monstrare (quod Athenis execrationibus publicis sanci tum est) si hoc nō est, emptorem pati ruere, & per errorem in maximā fraudem incurrere? Plus etiam, est quam uiam nō monstrare: nam est scientem in errorem alterum inducere. Diogenes contrà. Num te emere coēgit, qui ne bortatus quidem est? Ille quod non placebat proscriptis:

I    tu quod

132 M. TVL. CICERONIS

**T**abula rerum tu quod placebat emisti. Quod si qui proscribunt uillam  
uenalium. bonam, beneq; edificatam, nō existimantur se nullisse, etiā  
si illa nec bona est, nec edificata ratione: multò minus qui  
domum non laudarunt. Vbi enim iudicium emptoris est,  
ibi fraus uendoris quæ potest esse? Sin autem dictum nō  
omne præstandum est, quod dictum non est, id præstan-

*Laudat venales ex extremitate meos.* Idum putas? Quid uero est stultius, quam uendorum eius  
rei, quam uendat, uitia narrare? Quid autem tam absurdum,

**P**reco, audito-  
marius. dum, quam si domini iuſu ita preco prædicet, domū pe-  
stilentem uendo? Sic ergo in quibusdam causis dubijs ex  
altera parte defenditur honestas, ex altera ita de utilitate  
dicitur, ut id quod utile videatur, nō modò facere hone-  
stum sit, sed etiam nō facere turpe. Hæc est illa, quæ vide-  
tur utilium fieri cum honestis ſepe diſſenſio.

Superiori altercationi philofophorum suam interponit sententiam,  
omino uiro bono neq; simulandum eſſe quicquam, neq;  
diſſimulandum ſui commodi cauſa, etiam ſi moſ, le-  
gesq; ciuiles quædā reticeri nō uentent.

**A**liud celare,  
aliud reticere.  
*C. i. q.* **V**æ diſjudicāda ſunt. Non enim ut quereremus, ex  
poſuimus, ſed ut explicaremus. Nō igitur uidetur  
nec frumentarius ille Rhodius, nec hic aedium uendor ce-  
lare emptores debuisse. Neq; enim id eſt celare, cùm quid  
reticeas, ſed cùm quod tu ſcias, id ignorare emolumenti  
tui cauſa uelis eos, quorū interſit id ſcire. Hoc autem ce-  
landi genus quale ſit, et cuius hominis, quis non uidet?  
Certè non aperti, non ſimplicis eſt, non ingenui, non iu-  
ſii, non uiri boni: ſed uerſuti potius, obſcuri, aſtuti, falla-

**T**urpe celare  
qđ ei, turpius  
mentiri quod  
*C. i. q.* plura non ne inutile eſt uitiorū ſubire nomina? Quod ſi  
non eſt, uituperandi ſunt, qui reticuerunt, quid de ijs existiman-  
dum

dum est, qui orationis uanitatē adhibuerunt? Caius Can-<sup>17</sup>  
nius eques Romanus, homo nec infacetus, et satis litera-  
tus, cum se Syracusas ociandi causa, non negotiandi (ut  
ipse dicere solebat) contulisset, dictabat se hortulos alia-  
quos uelle emere, quō inuitare amicos, et ubi se oblecta-  
re sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisse,

Pythius ei quidā, qui argentariā ficeret Syracusis, dixit <sup>18</sup>  
uenales quidē se hortos non habere, sed licere uti Can-  
nīo (si uellet) ut suis: et simul ad coenā hominem in hor-  
tos inuitauit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum fuerit.

Fabula p̄quādā  
amena, quo a-  
fīa Græcūs  
Cannio impo-  
Pythius, qui esset, ut argētarius, apud omnes ordines gra-  
tiosus, p̄scatores ad se conuocauit, et ab his petiuit, ut  
ante suos hortulos postera die p̄scarentur: dixitq; quid  
eos facere uellet. Ad coenā tempore uenit Cannius. Erat  
opiparē à Pythio apparatum cōuiuum. Cymbarū ante  
hortulos multitudo. Pro se quisq; quod ceperat, affere-  
bat: ante pedes Pythij p̄sces abijsiebatur. Tum Cānius,  
queso, inquit, quid est hoc Pythi: tantum ne p̄scium? tan-  
tum ne Cymbarum? Et ille, quid mirum? inquit: hoc loco  
est, Syracusis quicquid est p̄scium: hic aquatio: hac uilla  
isti carere nō possunt. Incensus Cannius cupiditate cōten-  
dit à Pythio, ut uenderet. Grauatē ille primō. Quid mul-  
ta? Impetrat. Emūt homo cupidus, et locuples tanti, quan-  
ti Pythius uoluit: et emūt instructos. Nomina facit, nego  
tium conficit. Inuitat Cannius postridie familiares suos. <sup>19</sup>  
Nomina facit, debitorē le com-  
mo uicino, num frīa quedam p̄scatorum essent, quōd  
eos nullos uideret. Nulla (quod sciam) inquit ille, sed hic  
p̄scari nulli solet: itaq; heri mirabar quid accidisset. Sto-  
machari

machari Cannius. sed quid faceret? nondū enim Aquilius  
 Formulas iuris collega, & familiaris meus pertulerat de dolo mālo forā  
 regulas.  
Quod dolo mālo gestum est id dolus malus, respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud  
 in integrum restituvi oportet.  
Dolus mālus quid.

C. I.S.  
 ititur factum eorū potest utile esse, cum sit tot uitijis in-  
 quinatum. Quōd si Aquiliana definitio uera est, ex omni  
 uita simulatio, dissimulatioq; tollenda est. Ita nec ut emat  
 melius, nec ut uendat, quicquā simulabit, aut dissimula-  
 bit uir bonus. Atq; iste dolus malus etiā legibus erat uia  
 circuuenire, citrū tunducere.  
 \*Aliter, Pleato tium lege\* Latoria, & sine lege iudicijs, in quibus ex fa-  
 cia, Bonæ fidei iudicia.  
 Inter bonos bene agier. Verba sunt solēnia, eo quod melius, & equius est, potest ulla pars inesse fraudis?  
 quibus in nego-  
 tīs bonæ fidei utebantur. aut cum dicitur inter bonos bene agier, quicquā agi do-  
 losē, aut malitiosē potest? Dolus autē malus simulatio-  
 ne, & dissimulatione (ut ait Aquilius) continetur. Tollen-  
 dum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium:  
 non licitatem uendor, nec qui contra se liceatur, em-  
 Noua Sceu- ptor opponet. Vterque si ad eloquendum uenerit, non  
 te in emādo in plus, quam semel, eloquetur. Q. quidem Sceuola P. filius,  
 tegritas.  
 Indicaretur, i. cum postulasset ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel  
 estimare. 20 Semel, i. ut fa- indicaretur, idq; uendor ita fecisset, dixissetq; se pluris  
 summū pre- estimare, addidit centum milia. Nemo est qui hoc uiri bo-  
 tiū eloquere- tur. 21 ni fuisse neget, sapientis negant: ut etiam si minoris quam  
 potu-

potuisset, uenidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quod Simile est uen-  
 alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius, dere minoris, q.  
 Nequicquam sapere sapientem, qui ipsi sibi prodesse ne- possit, & emere  
 quiret. Verè id quidem, siquid esset prodesse, mihi cum pluris, q. possit,  
 Ennio conueniret. Hecatonem quidem Rhodium disci- Ex Enniis Me-  
 pulum Panætij video in his libris, quos de officijs scripsit dea  
 Qu. Tuberoni, differentem, sapientis esse nihil contra  
 mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei fa-  
 miliaris. Neque enim solùm nobis diuites esse uolumus,  
 sed liberis, propinquis, amicis, maximeq; reipub. Singu-  
 lorum enim facultates, & copiae, diuitiae sunt ciuitatis.  
 Huic Scœolæ factum (de quo paulò ante dixi) placere  
 nullo modo potest. Etenim omnino se negat facturu com Compendium  
 pendij sui causa, quod non licet. Huic nec laus maxima id est, lucrum.  
 tribuenda est, nec gratia. Sed siue & simulatio, & dissim-  
 mulatio dolus malus est, per pauca res sunt, in quibus do-  
 lus iste malus von ueretur: siue uir bonus est is, qui pro-  
 dest quibus potest, nocet nemini, recte iustum uirum, bo-  
 num non facile reperiemus. Nunquā igitur est utile pec-  
 care, quia semper est turpe. Et quia semper est honestum  
 uirum bonum esse, semper est utile. Ac de iure quidem  
 prediorum fanciuū est apud nos iure ciuili, ut in his uen- C. 16.  
 denis uitia dicentur, que nota essent uendori. Nam  
 cùm ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, que essent Lingua nunc  
 lingua nuncupata, que qui inficiatus esset, dupli poenam patasuetuū ius-  
 subiret: à iure consultis etiam reticentia poena est consti- tisprudentium  
 tuta. Quicquid enim est in prædio uitij, id statuerunt sermo.  
 si uendor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari  
 oportere. Ut cùm in arce auguriū augures acturi essent,

iussissentq; Titum Claudiū Centimalū, qui ædes in Cæ  
 \*al's, eas qua lio monte habebat, demoliri\*ea, quorum altitudo office=rum  
 22 ret auspicijs. Claudius proscriptis, insulam uendidit: emit  
 In Claudio re- Publius Calphurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud  
 timentia pro dō idem denunciatum est. Itaq; Calphurnius cum demolitus  
 lo malo dama ta. esset, cognouissetq; Claudiū ædes postea proscriptisse,

Ad arbitrū ade git, id est, voca illum adegit, quid sibi dare facere oporteret ex fide bo=vit ad arbitrū. na. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pa=

\*al's, lumen ter. Ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud\* nomen  
 progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita  
 pronuntiavit, cum in uenundando rem eam scisset, & nō  
 pronunciasset, emptori damnum præstari oportere. Igi=ture ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori  
 uitium, quod nosset uendor. Quod si rectè iudicauit, non  
 rectè frumentarius ille, nō rectè aedium pestilentium uen=ditior tacuit. Sed huiusmodi reticentia iure ciuili omnes  
 comprehendendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus propinquus no=ster C. Sergio Oratae uendiderat ædes eas, quas ab eo=

Serviebant: id dem ipse paucis antè annis emerat. Hæ Sergio serviebat:  
 est, debebāt sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in  
 uitium.

iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat

Rigor iuris. Antonius. Ius Crassus urgebat, quod uitium uendor  
 Aegras. Vrgebat, id est, non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem An=tonius, quoniam id uitium ignotum Sergio non fuisset,  
 qui illas ædes uendidiisset, nihil fuisse necesse dici: nec  
 eum esse deceptum, quid quod emerat, quo iure esset,  
 teneret. Quorsum hæc: ut illud intelligas, non plas=cuisse

cuiusque maioribus nostris astus. | Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges, quatenus manu tenere res possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Quid inter leges, & philosophorum dogmata  
 Ratio igitur hoc postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter. Sunt igitur insidiae tendere plagas, etiam si excitatur non sis bestiam, nec agitaturus: ipsæ enim feræ nullo inseguente sape incidunt. Sic tu cum ades proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter uitia uendas, in eam aliquis incurrat imprudens: hoc quanquam video propter depravationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut iure ciuili: tamen naturæ lege sancitum est. Societas est enim (quod & saepe dictum est, dicendum tamen est saepius) latissimè quidem qua pateat omnium inter omnes: interior eorum, qui eiusdem gentis sunt: propior eorum, qui eiusdem ciuitatis. Itaque maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile esse voluerunt. Quod enim ciuile, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Sed nos ueri iuris, germanæque iustitiae solidâ, & expressam effigiem nullam tenemus, umbra, & imaginibus utimur: eas ipsis utinam sequeremur. Feruntur enim ex optimis naturæ, & ueritatis exemplis. Nam quanti uerba illa: Vt ne propter te, fidem ue tua captus, fraudatus ue sim. quam illa aurea? Vt inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Sed qui sint boni, & quod sit bene agier, magna questio est. Q. quidem Scœuola pontifex maximus summam uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur, ex fide bona: fideique bona nomen \*al's, agere existimabat manare latissimè, idque uersari in tutelis, so-  
 23  
 24  
 ius gentium  
 ius ciuile contumelie, non contra  
 Iuris formolæ à divina, & naturali ratione ducit.  
 1 5 cietat

cietatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis, quibus uitæ societas continetur. In his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in plerisque essent iudicia contraria, quid quenque cuique præstare oportet. Quo circa astutiae tollenda sunt, ea que malitia, qua uult illa quidem uideri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distat; plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum, et malorum: malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis anteponit. Nec uero in prædijs solum ius ciuale ductum à natura malitiam, fraudemque vindicat, sed et in mancipiorum uenditione, uendorum

In mancipijs, fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate id est, seruis, aut ancillis, querente, de fuga, de furtis, præstat edictio ædilium. Hæredum foleret an sana, an alia est causa. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fugitiua, an facia.

fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Nec ulla pernicies uite maior inueniri potest, quam in malitia simulatio intelligentie: ex quo illa innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare uideantur. Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate, et ignorance omnium propria abstinere possit iniuria? Periclitemur (si placet) et in ipsis quidem exemplis, in quibus peccari uulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicarijs, ueneficiis, testamenterijs, furibus, peculatoribus hoc loco differendum

25 26 est, qui non uerbis sunt, et disputatione philosophorum,

\*als, castigā sed uinculis, et carcere\* fatigandi; sed haec consideremus, di que faciunt ij, qui habentur boni. L. Minutij Basilijs locu pletus dominus falsum testamentū quidam è Græcia Romanam attulerunt: quod quo facilius obtinerent, scripserunt

runt hæredes secum M. Crassum, & Q. Hortensium, bo- Notari Cras-  
 mines eiusdem ciuitatis potentissimos : qui cum illud fal- fusi & Horten-  
 sum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent consci- fusi.  
 culpe, alieni facinoris munusculum non repudiauerunt.  
 Quid ergo? sat⁹ hoc est, ut non deliqueris videantur  
 Mibi quidem nō uidetur: quanquā alterū amari uiuum,  
 alterum nō odi mortuum. Sed cum Basilius Marcum Sa-  
 tyrium sororis filium nomen suum ferre voluisse, eumq;  
 fecisset hæredem, hunc autē dico patronū agri Piceni, &  
 Sabini (ò turpē notam temporum illorum) nō erat æquū  
 principes ciuius rem habere, ad Satyrum nihil præter no-  
 men peruenire. Etenim si is, qui non defendit iniuriam,  
 neq; propulsat à suis, cum potest, iniuste facit, ut in pri-  
 mo libro disserui: qualis habendus est is, qui non modō  
 non repellit, sed etiam adiuuat iniuriam ? Mibi quidem Hæredipet  
 etiam uerae hæreditates non honesta uidentur, si sint ma turpes.  
 litiosis blanditijs officiorum, non ueritate, sed simulatio-  
 ne acquisitæ. At qui in talibus rebus aliud utile interdum,  
 aliud honestum uideri solet. Falsò. Nam eadē utilitatis,  
 quæ honestatis est regula: qui hoc non \* præuiderit, ab \* als, perui-  
 hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans: derit  
 est istud quidē honestum, uerum hoc expedit: res à na-  
 tura copulatas audebit errore diuellere: qui fons est frau-  
 dum, maleficiorum, scelerum omnium. Itaque si uir bo- Supini, & qui  
 nus habeat hanc uim, ut, si digitis concrepuerit, possit in bus loqui nō lá-  
 beret, digitulo locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac uī non crepitare quid  
 utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino ne- piam significa-  
 minem unquam suspicaturum. At si dares hanc uim M. bant. 28  
 Crasso, ut digitorum percussione hæres posset scriptus  
 esse

esse, qui reuera non effet hæres, in foro (mibi crede) salatet. Homo autem iustus, et is, quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, qui sit vir bonus, nescire fatetur. At uero si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse docebit cum virum bonum esse, qui proposit quibus posset, noceat nemini, nisi lacesitus iniuria.

**29** Quid ergo hic non noceat, qui quodam quasi ueneno perficiat, ut ueros heredes moueat, in eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat (dixerit quis) quod utile sit, quodq; expediatur: imo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit. Fimbriam consularē audiebat de patre nostro puer iudicem M. Lutatio Pythiae fuisse equiti Romano sane honesto, cum is sponsonem fecisset, ni bonus vir esset. Itaq; ei dixisse Fimbriam, se illā rem nunquā iudicaturū, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si cōtrā iudicasset: aut statuisse uideretur virum bonum aliquem esse, cū ea res innumerabilibus officijs, et laudibus

Exaggeratio contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, est à Socrate ad Fimbriam, a non modo Socrates nouerat, nullo modo uideri potest bria ad rusticos quicquam esse utile, quod non honestum sit. Itaq; talis vir

**30** non modo facere, sed nec cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Hec non ne est turpe du-

Lokus genus erat micatio, di bitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent: à genis repete mo quibus natū est id, quod iam tritum est uetus state prouerus. Cic. de diuinis. Quid à blum: cū enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant, dī enim forsiderum gnum esse dicunt, qui cum in tenebris nuncet. Hoc quam propemodū qd' micare, qd' habet vim, nisi illā, nihil expedire, quod non deceat, etiā si id posse

Notionem for  
mam, & specie  
dicit.

De patre, pro  
à patre iniulta-

tius.

Romano sane honesto, cum is sponsonem fecisset, ni bonus vir esset. Itaq; ei dixisse Fimbriam, se illā rem nunquā iudicaturū, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si cōtrā iudicasset: aut statuisse uideretur virum bonum aliquem esse, cū ea res innumerabilibus officijs, et laudibus

Exaggeratio contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, est à Socrate ad Fimbriam, a non modo Socrates nouerat, nullo modo uideri potest bria ad rusticos quicquam esse utile, quod non honestum sit. Itaq; talis vir

non modo facere, sed nec cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Hec non ne est turpe du-

Lokus genus erat micatio, di bitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent: à genis repete mo quibus natū est id, quod iam tritum est uetus state prouerus. Cic. de diuinis. Quid à blum: cū enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant, dī enim forsiderum gnum esse dicunt, qui cum in tenebris nuncet. Hoc quam propemodū qd' micare, qd' habet vim, nisi illā, nihil expedire, quod non deceat, etiā si id posse

id possis nullo refellere obtinere? Vides ne igitur hoc pro*tosiacere*, quod  
verbio neq; Gygi illi posse ueniam dari, neq; huic, quem *teferas*. Citas  
paulò antè fingebam ditorum percusione hereditates & in secundo de  
omnium posse, \*conuertere? Ut enim quod turpe est, id *finib.lib.*  
quamuis occultetur, tamen honestū fieri nullo modo po= \*alts, conuer  
test: sic quod honestum non est, id utile ut sit, effici non tere  
potest, aduersante etiam, & repugnante natura. At enim  
cùm permagna præmia sunt, est causa peccandi. C. Ma= Notatus Ma-  
rius cùm à spe cōsulatus longè abesset, & iam septimum  
annum post præturam jaceret, neq; petiturus unquā con- rius qui cōsula-  
tus gratia ab of  
ficio recesserit.  
sulatum uideretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, sum=  
num uirum, & ciuem, cùm ab eo imperatore suo Ro=  
manum missus esset, apud populum Romanum criminatus  
est bellum illud ducere, si se consulem fecissent, breui tem  
pore aut uiuum, aut mortuum lugurtham se in potesta=  
tem pop. Rom. redacturum. Itaque factus est ille quidem  
consul, sed à fide, iustitiaq; discessit, qui optimum, & gra  
uitissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in 37  
inuidiam falso crimine adduxerit. Ne noster quidē Gra= Notatus Grat  
tidianus officio boni uiri functus est, tunc cùm prætor dianus, qui col  
legatum cōmu  
nē gratiā ad se  
esser, collegiumq; prætorum tribuni plebis adhibuissent, propriè trans-  
ut res nummaria de communi sententia constitueretur.  
Factabatur enim tēporibus illis nummus, sic ut nemo pos-  
set scire quid haberet. Conscripterunt cōmuniter editiū  
cum poena, atq; iudicio: constitueruntq; ut omnes simul  
in rostra post meridiem descenderent: & ceteri quidem  
alius alio: Marius à subsellis in rostra recta: idq; quod  
communiter compositū fuerat, solus edixit. Et ea res (si  
queris) ei magno honori fuit. Omnibus uicis statuae fā  
ctae

Etæ, ad eas tuæ ex cerei. Quid multa? Nemo unquā multitudini fuit charior. Hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquam, cùm id, in quo violatur æquitas, nō ita magnum illud autem, quod ex eo paritur, permagnum uidetur: ut Mario, præripere collegis, et Tribunis Plebis popularem gratiam, nō ita turpe; consulement ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, ualde utile uidebatur. Sed omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimæ: aut illud, quod utile uidetur, turpe n̄ sit: aut si turpe est, ne uideatur esse utile. Quid igitur possumus n̄ aut illum Marium uirum bonum iudicare,

**Explica, nam** aut hunc? Explica, atq; excute intelligentiam tuam, ut superiorius cōpli- catam dixit no uideas quæ sit in ea species, forma, ex notio uiri boni. tionem.

Cadit ergo in uirū bonum mentiri emolumēti sui causa, criminari, præripere, fallere: Nihil profectò minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expertendum, ut uiri boni ex splendorē, ex nomen amittas? Quid est quod afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur, posſit, quantū auferre, si boni uiri nomen eripuerit, fidem, iustitiamq; detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se conuertat q̄s in belluā: an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? Quid est qui omnia recta, et honesta, negli-

**Pompeius no-** gunt, dummodo potentiam consequantur, non n̄ idem statutus, qui turpi faciunt, quod is, qui etiam socerum habere uoluit eum, tem affinem ad cuius ipse audacia potens esset? Vtile ei uidebatur plus iunxerit ducta suis filia. rimū posse alterius iniuria: id quām iniustum in patriam, quām inutile, quām turpe esset, non uidebat. Ipse autem socer in ore semper Gracos uersus Euripidus de Phoenicis habebat, quos dicam ut potero, inconditè fors- tasse

tasse, sed tamen ut res possit intelligi: Picardus Decad. 6 prior. ca. 7.  
Nam si violandum est ius, regnandi gratia  
Violandum est, alijs rebus pietatem colas.

34  
Capitalis Ethoeclès, uel potius Euripides, qui id unum, Euripideū car-  
quod omnī sceleratissimū fuerat, excepterit. Quid igitur men à Cæfare  
minuta colligimus; hæreditates, mercaturas, uenditiones usurpatum,  
fraudulentas? Ecce ille tibi, qui rex pop. Rom. domi- καὶ τοπωνυ-  
nusq; omnium gentium esse concupierit, idq; perficerit. ἐστιν ἀδικητόν, τὸ  
Hanc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amens est. καὶ τοπωνυμίαν  
Probat enim legū, & libertatis interitū: earumq; oppres-  
sionem tetram, & detestabilem gloriosam putat. Qui au-  
tem fatetur honestū nō esse in ea ciuitate, que libera fuit,  
queq; esse debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit, esse  
utile, qua hūc obiurgatione, aut quo potius cōsilio à tan-  
to errore coner auertere? Potest enim, dīj immortales, cui  
quam̄esse utile foedissimū, & tēterrīmū parricidium pa-  
triae, quāmis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciui-  
bus patens nominetur? Honestate igitur dirigēda utilitas  
est, & quidē sic, ut hæc duo uerba inter se discrepare, sed  
tamen unum sonare videantur. Nunc abeo ad uulgi op-  
positionem. Quæ maior utilitas, quam regnandi esse possit?  
Nil contrā inutilius ei, qui iniuste consecutus sit, in-  
uenio, cùm ad ueritatem corpori revocare rationē. Possunt  
enim cuiquā esse utiles angores, sollicitudines, diurni, &  
nocturni metus, uita insidiarū, periculorumq; plenissima?  
Multi iniqui, atq; infideles regno, pauci sunt boni,

Inquit Accius. At cui regno? quod à Tantalo, & Pelope  
proditum iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi  
putas, qui exercitu pop. Rom. populum ipsum Romanū  
Graecis verbis Tragici:

Εἴτε, ναὶ αὐτοῖς, τυεργάστραι  
καλλισταῖς, τάλλα δένεβετρούσι.

Cæsar patens  
patrī appellā-  
tus, sed ab op-  
pressis. At Ro-  
ma patrem pa-  
triæ Ciceronem  
libera dixit.

oppressisset, ciuitatemq; non modò liberam, sed etiā gen-  
tibus imperantē, seruire sibi coēgisset? Hunc tu quas con-  
sciētiae labes in animo censes habuisse; que uulnera? Cu-  
ius autem uita ipsi potest utilis esse, cūm eius uitæ ea con-  
ditio sit, ut qui illam eripuerit, in maxima ex gratia fu-  
turus sit, et gloria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ ma-  
xime uidetur, quia plena sunt dedecoris, ac turpitudinis:  
satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod nō hone-  
stum sit. Quanquam id quidem cūm saepe aliâs, tum Pyr-  
rhi bello à C. Fabritio consule iterum, et à senatu nostro

Historie à Pyrrhi medicis epi-  
stolam Fabritio ultra intulisset, cumq; de imperio certamen esset cum re-  
missam narrat, ge generoso, ac potente, perfuga ab eo uenit in castra

37 Fabritij, eiq; est pollicitus, si præmium ei proposuisset,  
se, ut clam uenisset, sic clam in Pyrrhi castra redditum,  
et eum ueneno necaturum. Hunc Fabritius reducendum  
curauit ad Pyrrhum: idq; eius factum à senatu laudatum  
est. Atqui si specie utilitatis, opinionemq; querimus, ma-  
gnus illud bellum perfuga unus, et grauem aduersariū  
imperij sustulisset: sed magnum dedecus, et flagitium,  
qui cum laudis certamen fuisset, eum non uirtute, sed sce-  
lere superatum. Utrum igitur utilius uel Fabritio, qui ta-  
lis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, uel senatu  
nostro, qui nunquam utilitatem à dignitate sciunxit, ar-  
mis cum hoste certare, an uenenis? Si glorie causa impe-  
rium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse  
gloria: sin ipsæ opes expetuntur, quoquo modo non po-

Tarpis, eoq; tuerunt esse utiles cum infamia. Non igitur utilis illa L.  
neccantis L. Phi. Philippi Qu. filij sententia: quas ciuitates L. Sylla pe-  
cunia

cunia accepta ex senatus consulo liberauiisset, ut hæ rur= sus uectigales essent: neq; his pecuniam, quam pro liber= tate dederant, redderemus. Ei senatus est assensus: tur= pe imperio. Piratarum enim melior fides, quam senatus. At aucta uectigalia. Vtile igitur? Quousq; audebunt di= cere quicquam utile, quod nō honestum? Potest autē ulli imperio, quod gloria debet fultum esse, & benevolentia sociorum, utile esse odium, & infamia? Ego etiam cum Cato p̄strictus. Catone meo sepe dissensi: nimis enim mihi uidebatur præfracte ararium, uectigaliaq; defendere, omnia publi= canis negare, multa socijs:cum in hos benefici esse debe= remus: cum illis sic agere, ut cum colonis nostris solere= mus. Eoq; magis, quod illa ordinum coniunctio ad salu= tem reipub, pertinebat. Male etiam Curio cùm causam Turpis oratio Curionis Vin= cat utilitas.

Transpadanorum æquam esse dicebat, semper autē ad= debat, Vincat utilitas. Potius diceret non esse æquā, quia non esset utilis reipub, quam cùm utilem esse diceret, non esse æquam fatetur.

Formulas aliquot, & rogatiunculas colligit non ina= mœnas, in quibus uideatur aliud hortari utilitas, aliud honestas.

**P**lenus est sextus liber de officijs Hecatonis talium c. 23.

questionum. Sit' ne boni uiri in maxima caritate annone familiam non alere. In utrangs partem disputat: v. res. fuit cū d. alien. sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi, d. d. eleunda vi rati. si qd aquifur quoque magis quam humanitatem. Querit si in mari iactura fa= iugendag.

cienda sit, equi ne preciosi potius iacturam faciat, quam seruuli uilis. Hic aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si tabula de naufragio stultus arripuerit, extorqueribit' ne eam sapiens, si potuerit: Negat, quia fit iniuriam. Quid

K domi

ed sup aliud censuit, qd magis interfit Reip. vivere sapient, qd stulta!

dominus nauis, eripiet ne suum? Minime: non plus, quam si nauigantem in alto ejcere de naui uelit, quia sua sit.

**Sumpta con-**  
**ducia.** Quoad enim peruentum sit eo, quod sumpta nauis est, no-

domini est nauis, sed nauigantium. Quid si una tabula sit, duo naufragi, hi que sapientes, \* sibi ne uterque rapiat, an alter cedat alteri? Cedat uero, sed ei, cuius magis in-  
tersit uel sua, uel reipublica causa uiuere. Quid si haec paria in utroque? Nullum erit certamē, sed quasi sorte, aut dimi-  
cando uictus alteri cedat alter. Quid si pater fana expia-

**Agere cunicu-**  
**los, ut ante, age** let, cuniculos agat in aerariū, indicet ne id magistratibus filius? Nefas id quidē est, quin etiā defendat patrem si ar-  
guatur. No igitur patria prestatibit omnibus officijs. Imo uero; sed ipsi patria cōducit pios habere ciues in paren-  
tes. Quid si tyrannide occupare, si patriā prodere cona-  
bitur pater, filebit ne filius? Imo uerè obsecrabit patrem,

ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit: minabitur etiam. Ad extremū si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem anteponet saluti patris. Querit etiam si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudēs pro bonis, cū id rescierit, soluturus ne sit eos, sicui debeat, pro bonis? Diogenes ait: Antipater negat, cui potius absentior. Qui

Fugiens, quod duratum nō  
fuit. uinum fugiens uendat sciens, debeat ne dicere? Non ne-  
cessē putat Diogenes. Antipater uiri boni existimat. Hęc sunt quasi controversia iura Stoicorum. In mācipio uen-

Redhibitio, cū uēdiōr rē, em-  
por pretiū re- tur mancipiū iure ciuili: sed haec mendacem esse, aleatore, cō-  
cipit: uerbū est furacem, ebriosum, alteri dicenda uidentur, alteri non ui-  
dentur. Si quis aurum uendens, orichalcum se putat uēde-  
re, indicet ne ei uir bonus aurum illud esse, an emat dena-

rō, quod sit mille denarīū? Per spicūm est iam, & quid  
 mihi uideatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos no  
 munani, controuerſia. Pacta, & promissa semper ne fer= | C. 24.  
 uanda ſint, quæ nec ui, nec dolo malo (ut prætores dice=   
 re ſolent) facta ſint? Si quis medicamētum cuiquam dede=   
 rit ad aquam intercutē, pepigeritq; ne illo medicamento <sup>Aqua intercus</sup>  
 unquam poſteā uteretur: ſi eo medicamento ſanus factus <sup>que hydrops,</sup>  
 fuerit, & annis aliquot poſt inciderit in eundē morbum, <sup>aut hydropiſſa,</sup>  
 nec ab eo, qui cum pepigerat, impetrat ut item eo liceat  
 uti, quid faciendum ſit, cum ſit is inhumanus, qui nō con  
 cedat uti, nec ei quicquā ſiat iniuriæ. Vite, & ſaluti con  
 ſulendum eſt. Quid: ſi quis sapiens rogatus ſit ab eo, qui  
 cum hæredē faciat, cū ei testamēto ſeſtertium milies relin  
 quatur, ut antè, quām hæreditatem adeat, luce, palam in  
 foro ſaltet, idq; ſe facturum promiferit, quod aliter eum  
 hæredem ſcripturus ille non eſſet, faciat quod promiferat  
 ille, nec ne? Promiſſe nollem, & id arbitror fuſſe graui  
 tatis: ſed quoniam promiſit, ſi ſaltare in foro turpe ducet,  
 honestius mentietur ſi ex hæreditate nihil ceperit, quām ſi  
 ceperit, niſi fortè eam pecunia in reip. magnum aliquod  
 tempus contulerit, ut uel ſaltare eum, cūm patriæ consul=   
 turus ſit, turpe non ſit. Ac ne illa quidem promiſſa fer= | C. 25.  
 uanda ſunt, quæ non ſunt ijs ipſis utilia, quibus illa pro=   
 miſeris. Sol Phaētoni filio (ut redeamus ad fabulas) factu  
 rum ſe eſſe dixit, quicquid optaſſet: optauit ut in currum  
 patris tolleretur: ſublatus eſt, atq; is antè, quām cōſtituit,  
 iectu fulminis deſtagravit. Quantò melius fuerat, in hoc  
 promiſſum patris non eſſe ſeruatum? Quid quod Theseus <sup>De Theseo &</sup>  
 exegit promiſſum à Neptuno: cui cūm tres optationes <sup>Neptuno.</sup>

K 2 Nep

Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filij sui,  
 cūm is patri suspectus esset de nouerca: quo optato impe= De Agameno  
ne, & filia im-  
molata.  
 trato Theseus in maximis fuit luctibus. Quid? Agame=   
 mnon cūm deuouisset Diana, quod in suo regno pulcher=   
 rimū natum esset illo anno, immolauit Iphigeniā, qua ni=   
 hil erat eo quidē anno natū pulchrius. Promissum potius  
 non faciendū, quām tam teturum facinus admittendū fuit.  
 Ergo & promissa nō facienda nōnunquam, neq; semper  
 deposita reddenda sunt. Si gladiū quis apud te sanæ men=   
 tis deposuerit, repeatat insaniens: reddere, peccatiū sit: non  
 reddere, officiū. Quid: si is, q; apud te pecuniā deposue=   
 rit, bellum infrat patriæ, redde's ne depositum? Non, cre=   
 do; facies enim contra remp. quæ debet esse charissima.

36 Sic multa, quæ natura honesta uidentur esse, temporibus  
 fiunt non honesta. Facere promissa, stare conuentis, red=   
 dere deposita, cōmutata utilitate fiunt non honesta. Ac de=   
 ijs quidem, quæ uidentur esse utilitates cōtra iustitiam si=   
 mulatione prudētiae, satis arbitror dictum. Sed quoniam  
 à quatuor fontibus honestatis primo libro officia duxi=   
 mis, in eisdem uersabimur, cū docebimus ea, quæ uidentur  
 esse utilia, neque sunt, quām sint uirtutis inimica. Ac de=   
 prudētia quidem, quam uult imitari malitia: itemq; de iu=   
 stitia (quæ semper est utilis) disputationum est.

### DE FORTITUDINE.

**R**Eliquæ sunt duæ partes honestatis, quarum altera  
 in animū excellētis magnitudine, & prestantia cer= Vlysses ne ad  
Troiam ire, fu  
nit, & temperantiae. Vtile uidebatur Vlyssi, ut quidam  
poëta  
 nitur, altera in conformatione, & moderatione continen-

poëtæ tragici prodiderunt:nam apud Homerum optimum autorē talis de Vlysse nulla suspicio est,sed insimulat cū tragedie simulatione insanie militiā subterfugi gere uoluissē. Non honestum consiliū. At utile (ut aliquis fortasse dixerit) regnare, & Ithacā uiuere ociose cū parentibus, cū uxore, cum filio. An ullum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego uero istam contemnendam, & abijciendam, quoniam quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in ipsa simulatione perseverasset: qui cū maximas res geserit in bello, tamen haec audinit ab Aiace:

Cuius ipse princeps iuris iurandi fuit.

Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.

Furere a simulauit, ne quo iret, instituit.

Quod ni Palamedis perspicax prudentia

Istius perceperet malitiosam audaciam,

Fide sacratum ius perpetuo falleret.

Illi uero non modo cum hostibus, uerum etiam cum fluebus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Græciam ad bellum Barbaris inferendum. Sed dimittamus & fabulas, & externa: ad rem factam, nostramq; ueniamus. M. Attilius Regulus cum consuliterum in Africa ex insidijs captus esset duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Hamilcare, iuratus missus est ad senatum, ut nisi essent rediti Poenis captiui nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem: is cum Romam uenisset, utilitatis speciem uidebat, sed eam (ut res declarat) falsam iudicauit: quæ erat

torē simulauit  
agrū pscissum  
fale ferēs. Pala-

medes odorat⁹  
illius astutia, si-

liū eius, quæ sul-

40 cus ducen-

dus erat, oblie-

cit. Ulysses arte

aratriū suspen-

dit. Itaq; dete-

cta fraus, cuius

rei memor V-

lysses poterat

falso crimina-

tus oppresit.

41

Ex tragedia  
quapiam sena-  
tiū sunt.

talis manere in patria, esse domum suæ cum uxore, cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello, cōmunem fortunæ bellicæ iudicare: tenere consularis dignitatis gradum. *Quis* hæc neget esse utilia? *Quid* cœses? Magnitudo animi, et fortitudo negat. Nū locupletiores quæreris autores? Harum enim est virtutum propriū nil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere posset, intollerandum putare. Itaque quid fecit? In senatum uenit, mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusauit: quan-  
 diu iureiurando hostium teneretur, nō esse se senatorem. Atq; illud etiam (ò stultum hominē dixerit quispiam, & repugnantē utilitati suæ) reddi captiuos, negauit esse utile: illos enim adolescentes, & bonos duces esse, se iam confessum senectute. Cuius cū ualuerisset autoritas, captiuo re-  
 tenti sunt, ipse Carthaginem rediit: neque cum charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque uero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficiisci: sed iusserendum conseruandum putabat. Itaq; tum, cū uigilando necabatur, erat in meliori causa, quam si domi senex, captivus, periurus, & consularis remansisset. At stulte, qui nō modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuaserit. Quomodo stulte etiam ne si reipub. cōducebat? Poteſt autem quod inuti-  
 le reipub. sit, id cuiquam cui utile esse? Peruertūt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cū utilitatem ab honestate seiuungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq; rapimur, nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea nō studiosissime persequatur? Sed quia nusquam possumus nisi

nisi in laude, decore, honestate utilia reperire, propterea à illa prima, & summa habemus: utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? Num iratū timemus Iouem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui deū semper agere aliquid, & moliri uolunt, nunquam nec irasci deum, nec nocere. Quid autem iratus Iupiter plus nocere potuisset, quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur uis fuit religionis: quæ tantam utilitatē peruerteret.

An' ne turpiter faceret? Primum, minima de malis. Num Minima de ma  
igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille lis, subaudi erat  
cruiciatus? Deinde illud etiam apud Accium, Fregisti' ne diligenda. Eccl  
fidem? Neq; dedi, neq; do infideli cuiquam. Quanquam p̄sis uisitata i fer  
ab impio rege dicitur, luculentē tamen dicitur. Addunt monib⁹ vulgo  
etiam, quemadmodū nos dicamus uideri quædam utilia, usurpatis.  
quæ nō sint, sic se dicere uideri, quædam honesta, quæ nō sunt: ut hoc ipsum uidetur honestum, conseruandi iuris iurandi causa ad cruciatū reuertiſſe: sed fit non honestum:  
quia quod per uim hostiū eſſet actum, ratum esse nō debuit. Addunt etiā, quicquid ualde utile ſit, id fieri honestum, etiā ſi anteā nō uideretur. Hæc ferè cōtra Regulū. Sed prima uideamus. Nō fuit Iupiter metuēdus, ne iratus noceret, quia neq; irasci ſolet, neq; nocere. Hæc quidem ratio nō magis contra Regulū, quam cōtra omne iuriū ualidum ualeat. Sed in iureiurando, nō qui metus, ſed quæ uis ſit, debet intelligi. Eſt enim iuriū affirmatio religioſa. Quod autem affirmatiū, quaſi deo teste promiferis,

K 4 id te

Aristoteles vocat Distinctū cū divina reverentia,  
in Aictor. ad. Alexand. ca. 18

id tenendū est. Iam enim non ad irā deorū, quæ nulla est,  
sed ad iustitiā, & ad fidē pertinet. Nā præclarè Ennius:

O fides alma, alta pinnis, & iusfirandum Iouis.

Fides in capitulo loui proxima.

Qui igitur iusfirandum uiolat, is fidem uiolat, quam in  
Capitolio uicinam Iouis Opt. Max. (ut in Catonis ora-

tione est) maiores nostri esse uoluerunt. At enim ne iras-  
tus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi no-  
cuit ipse Regulus. Certè, si nihil malum esset nisi dolere.

Id autem non modò non summum malum, sed ne malum  
quidē esse maxima autoritate philosophi affirmat. Quo-  
rum quidem testem nō mediocrem, sed haud scio an gra-  
uissimū, Regulum, nolite quæso uituperare. Quem enim  
locupletiorem querimus, quam principem pop. Ro. qui  
retinendi officij causa cruciatum subierit uoluntarium?

Nam quod aiunt minima de malis: id est, ut turpiter po-  
tius, quam calamitose; an est ullum maius malum turpu-  
dine? Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid of-  
fensiōis, quāta illa deprauatio, & foeditas turpificati ani-

Neroiosus, ut mi debet uideri? Itaq; neruosius qui ista differunt, solum  
Stoici: Remis-  
tius, ut Peripa-  
tetici.

audent malum dicere id, quod turpe sit: qui autem remis-  
tius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam  
illud quidē, Neq; dedi, neq; do fidē infideli cuiquā: idcir-  
co recte à poëta dicitur, quia cū tractaretur Atreus, per-  
sonæ seruendum fuit. Sed si hoc sibi sumant nullam esse  
fidem, quæ infideli data sit: uideant ne queratur latebra  
periurio. Est autem ius etiam bellicum, fides q; iurisfirādi-

Iustis hostibus saepè hosti seruanda. Quod enim ita iuratū est, ut mens  
pača præstāda, latronibus conciperet fieri oportere, id seruandum est: quod ali-  
mīli oportet, id si non feceris, nullum periurium est. Vt si prædo-  
nibus

nibus pactū pro capite precium nō attuleris, nulla fraus  
est, ne si iuratus quidē id nō feceris. Nā pirata non est ex  
perduellū numero definitus, sed cōmunis hostis omnīū.  
Cum hoc nec fides esse debet, nec iuriandum cōmune.  
Non enim fālsum iurare, peierare est: sed quod ex animū  
tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more no= Quid peier-  
stro, id non facere, periurium est. Scitē enim Euripides: In Hippoly-  
to coronato.  
Iurani lingua, mentem iniuratam gero. Ηγλασσον μεμψαχο  
Regulus uerò non debuit conditions, pactionesq; belli= ι δι ορην αριστ  
cas, & hostiles perturbare periurio: cum iusto enim, & Roma, exercit  
legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum us in Caudinis  
ius feciale, et multa sunt iura cōmunia. Quod ni ita eſet, furcis sub iugis  
nunquā claros uiros senatus uincitos hostibus dedidiſset, missus à Samnit  
ibus.

At uerò T. Veturius, & Spurius Posthumius cū ite= 44  
rum cōſules eſſent, quia cū male pugnatū apud Cau=

dium eſſet, legionibus nostris sub iugum mīſis, pacem  
cum Samnitibus fecerant, dediti ſunt hiſ: in iuſſu enim po  
puli, ſenatusq; fecerant. Eodemq; tempore T. Numi=

tius, Q. Aemilius, qui tum tribuni plebis erant, quod eo=

rum autoritate pax erat facta, dediti ſunt, ut pax Samni=

tium repudiaretur. Atque huius deditioñis ipſe Posthu=

mius, qui de debatur, ſuasor, & autor fuit. Quod idē mul  
tis annis pōst C. Mancinus, qui ut Numantini, quibus 45

cum ſine ſenatus autoritate foedus fecerat, dederetur: ro=

gationem ſuafit eā, quam Lucius Furius, & Sextus Atti=

lius ex ſenatus consulto ſerebant: qua accepta, eſt hosti=

bus deditus. Honestius hic, quam Q. Pompeius, quo, cū

in eadem cauſa eſſet, deprecante, accepta lex non eſt.  
Hic ea, que uidebatur utilitas, plus ualuit, quam hone=

stas. Apud superiores utilitatis species falsa, ab honesta-  
tis autoritate superata est. At non debuit ratum esse,  
quod erat actum per vim : quasi uero fortis uiro uis pos-  
sit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficisciatur, cum  
præsertim de captiuis dissuasurus esset ? Quod maxi-  
mum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo iudicio  
stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus : cui  
nisi ipse autor fuisset, captiuu profectio Poenis redditii  
essent, ita incolmis in patria Regulus restitusset. Quod  
quia patriæ non utile putauit, idcirco honestum sibi  
et sentire illa, et pati credidit. Nam (quod aiunt) quod  
uale utile sit, id fieri honestum : ino uero esse, non  
fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum:  
nec quia utile, honestum est, sed quia honestum, utile.  
Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis  
dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius.  
Sed ex tota laude Reguli, unum illud est admiratio-  
ne dignum, quod captiuos retinendos censuerit. Nam  
quod rediit, nobis nunc mirabile uidetur, illis qui-  
dem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista  
laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim uni-  
culum ad astringendam fidem iureiurando maiores ar-  
ctius esse voluerunt. Id indicant leges in duodecim ta-  
bulis, indicant sacra, indicant foedera, quibus etiam cum  
hoste deuincitur fides : indicant notationes, animad-  
uersionesq; censorum, qui nulla de re diligentius, quam  
Pomponi<sup>is</sup> iusta de iureiurando, iudicabant. L. Manlio Auli filio, cum  
vandū etiā me-  
tu extorū pre-  
dictor fuisset, M. Pomponius Tribunus Plebis diem  
siādū putauit. dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam  
addi

Quanta anti-  
quius iuris-  
tandi religio.

addidisset : criminabatur etiam quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegatus, ex ruris habitare iussisset. Quod cum audiisset adolescentis filius negocium exhiberi patri, accurisse Romam, et prima luce Pomponij domum uenisse dicitur. Cui cum esset nunciatum, quod illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit è lectulo, remotusque arbitris ad se adolescentem iussit uenire. At ille ut ingressus est confessim gladium distinxit, iurauitq; se illum statim interficendum, nisi interficiendum sibi dedisset, se patrem misum esse facturum. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius : rem ad populum detulit, docuit cur sibi à causa desistere necesse esset. Manlium misum fecit : tantum temporibus illis iusfrandum ualebat. Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anicentem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit : cuius tertio consula tu Latini ad Viserim fusi, et fugati. Magnus vir in primis, et qui per indulgens in patrem, idem acerbus, et severus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conservando iureiurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal se in castra redituros ea, quorū potiti erat Poeni, nisi de redimendis captiuis impetravissent, si non redierunt, uituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius bonus auctor in primis scribit ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, nouem reuertisse à senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paulò post, quum egressus erat è castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse.

Epiphonema,

Torquati cognomen,

Indulgēs, quē  
acerbū in se, sic  
tamen amauit  
idem filium te-  
cūi percussit.

Reditus.

Reditu enim in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur: non rectè. Fraus enim distringit, non dis-  
soluit periurū. Fuit igitur stulta calliditas, peruersè imita-  
tata prudentiam. Itaq; decreuit senatus, ut ille ueterator,  
et callidus uinctus ad Annibalem duceretur. Sed illud ma-  
ximum: octo hominum milia tenebat Annibal, non quos  
in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugiissent, sed  
qui reliqui in castris fuissent à Paulo, et Varrone con-  
sulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id  
parua pecunia fieri potuisse: ut esset insitum militibus  
nostris aut uincere, aut emori. Qua quidem re auditā,  
fractum animum Annibalis scripsit idem, quod senatus,  
populusq; Romanus rebus afflictis tam excelsō animo  
fuisset. Sic honestatis comparatione ea, que uidentur utilia, uicuntur. Acilius autem, qui Græce scripsit histo-  
riam, plures ait fuisse, qui in castra reuertissent eadem  
fraude, ut iureiurando liberarentur, eosq; a censoribus  
omnibus ignominij notatos. Sit iam huius loci finis. Per  
spicuum est enim ea, que timido animo, humili, demissō,  
fractoq; fiant (quale fuisset Reguli factū, si aut de capti-  
uis, quod ipsi opus esse uideretur, non quod reipu. cen-  
suisset, aut domi remanere uoluisset) non esse utilia, que  
sunt flagitiosa, et foeda, et turpia.

## DE TEMPERANTIA.

**R**Estat quartā pars, quæ decore, moderatione, mo-  
Cyrenaici Bpī  
curei ab Ari-  
stippo Cyre-  
naico.  
Rectius Auct. & Al. cap. 3 diuina Temperantia. & Continentia. Annice  
differentias exponit, ibi: *Cui dī real' quois' rūla molla'*.

Annicerij philosophi nominati omne bonum in uoluptate posuerunt: uirtutemq; censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset uoluptatis. Quibus obsolexis floret Epicurus, eiusdem ferè adiutor, autorq; sententiae. Cum his uelis, equisq; (ut dicitur) si honestatem tueri, ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utilitas, sed uita omnis beata corporis firma constitutione, eiusq; constitutionis spe explorata (ut à Methrodro scriptum est) continetur, certè hæc utilitas, & quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnat. Nam ubi primum prudentia locus dabitur? An ut coquirat undique suauitates? Quam miser uirtutis famulus seruientis uoluptati. Quid autem munus prudentiae? An legere intelligetur uoluptates? Fac nihil isto esse iucundius, quid cogitari potest turpius? Iam qui dolorem summum malum dicat, apud eum, quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum, laborumq; contemptio? Quamuis enim multis in locis dicat Epicurus (sicut hic dicit) satis fortiter de dolore, tamen non id spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona uoluptate terminauerit, mala dolore: ut si illum audiam de continentia, & temperantia: dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua haeret, ut diuit. Nam qui potest temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in uoluptate? Est enim temperantia libidinum inimica: libidines autem consecratrices noluptatis. Atque in his tam tribus generibus, quoquo modo possunt, non incalidè tergiuersantur. Prudentiam introducunt scientiam suppeditantem uoluptates, repellentem dolores, Fortitudinem. Sovat. D. Plato, ut et Lib. Stoic. virtutes mundo Liebig vocant, eo q; dñi suis adiuvib; comparentur

tudinem quoq; aliquo modo expedient, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendiq; doloris. Etiam temperantiam inducunt non facillimè illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim uoluptatis magnitudinē doloris detractione fieri. Iustitia uacillat, uel iacet potius, omnesq; ex virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in societate generis humani. Neq; enim honestas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus, quam amicitia, si hec non per se expetantur, sed ad uoluptatem, utilitatem ue referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem uoluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quò magis reprehendendos Calliphonem, & Dinomachum iudico, qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptatem, tanquam cum homine pecudem copulauiissent. Non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec uero finis bonorum, & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri, & temperari potest. Sed de hoc (magna enim res est) alio loco pluribus. Nunc ad propositum. Quemadmodum igitur si quando ea, quæ uideretur utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est suprà disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam uoluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certè nihil habebit.

De finibus bonorum et malorum.

Peorra

## PERORATIO OPERIS.

**H**Abes à patre munus, Marce fili, mea quidem sen= tentia magnum, sed perinde erit ut acceperis. Quanquam & hi tres libri inter Cratippi cōmentarios tanquam hospites erunt recipiendi. Sed ut si ipse uenisse Athenas (quod quidem esset factum, nisi me è me= dio cursu clara uoce patria reuocasset) aliquando me quoque audires: sic quoniam his uoluminibus ad te pro= fecta uox mea est, tribues his temporis quantum poteris, poteris autem quantum uoles. Cum uero intellexero te hoc sciētiae genere gaudere, tum & presens tecum pro= pediem (ut spero) & dum aberis, absens loquar.

Vale igitur mi Cicero, tibiq; persuade te

mibi quidem esse charissimum, sed  
multò fore chariore, si tali= bus monumētis, præ  
ceptisq; lata= bere.

MARCI TULLII CICERO= NIS LIBRI TERTII  
DE OFFICIIS  
F I N I S.

M· T V L · C I  
 C E R O N I S L A E L I V S,  
 siue de amicitia dialogus ad T.  
 Pomponium Atticum.

Præfatio.

Lælio Scæuo  
la Auguris, &  
Fannij socer.



Toga viriles  
mores exige-  
bat.

Scæuola pon-  
tificis.

Hemicyclus ca-  
thedra i modū  
modij circuli. sāpe multa narraret, tum memini domi in hemicyclo se-  
dente (ut solebat) quum & ego essem unū, et pauci ad-  
modū familiares, in eum sermonē incidere, qui tum ferè  
multis erat in ore. Meministi enim profectō (ut opinor)

Pomponius Attice, et eō magis, quod P. Sulpitio utebare muliū, quū  
P. Sulpitius, & is tribunus Pleb. capitali odio a Q. Pompeio, qui tum  
Quin. Pōpī, erat consul, disideret, qui cum cōiunctissimē, & amantissimē alter tri-  
bunus, alter ue simē uixerat, quāta hominū esset uel admiratio, uel que-  
rō consul fuit. Itaq; tum Scæuola quum in eam ipsam mentionem  
incidisset

incidisset, exposuit nobis sermonem Lelij de amicitia habitum ab illo secum, et cum altero genero C. Fannio Marci filio, paucis diebus post mortem Africani. Cuius disputationis sententias memorie mandaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne inquam, et inquit sepius interponeretur.

Atq; ideo feci, ut tanquam à presentibus coram haberis sermo uidetur. Qum enim mecum sepe ageres Attice, ut de amicitia scriberem aliquid, digna mihi res tum omnium cognitione, tum nostra familiaritate uisa est. itaque feci nō iniutus, ut prodessem multis tuo rogatu. Sed ut in Catone maiore feci (qui est scriptus ad te de Senectute) Cato maior.

Catonem induxi senem disputationem, quia nulla uidetur aptior persona, que de illa etate loqueretur, quam eius, qui et diutissime senex fuisset, et in ipsa senectute præ ceteris floruisse: sic quum accepissimus à patribus maxime memorabilem C. Lelij et P. Scipionis familiaritatem, C. Lelij, & P. Scipionis familiatras.

C. Lelij persona uisa est idonea fuisse, que de amicitia ea ipsa dissereret, que disputationata ab eo meminisset magister meus Scauola. Genus autem hoc sermonum positum in hominum ueterum autoritate, et eorum illustrium, Plus habet gravitas sermonis positus in auctoritate ueterum & illustrium uestrorum.

plus (nescio quo pacto) uidetur habere grauitatis. Itaq; ipse mea legens sic afficior interdu, ut Catonem, non me, loqui existimem. Sed ut tum ad senem senex de senectute, sic in hoc libro ad amicū amicissimus de amicitia scripsit.

Tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lelius et sapiens (sic enim est habitus) et amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu uelum à me animum parumper auertas,

L Lelium

Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mutius ad  
 sacerum ueniunt post mortem Africani, ab his sermo ori-  
 tur respondeat Lelius, cuius tota disputatio est de amicitia:  
 quam leges tuipse cognoscet. **R A N N I V S.** Sunt ista  
 uera Læli: nec enim melior uir fuit Africano quisquam,  
 nec clarior: sed existimare debes omnium oculos in te esse  
 coniectos, unum te sapientem appellant, & existimat. Tri-  
**L. Acilius.** buebatur hoc modo M. Catoni: scimus L. Acilium apud  
 patres nostros appellatum esse sapientem: sed uterque alio  
 quodam modo: Acilius, quia prudens esse in iure ciuili pu-  
 tabatur: Cato, quia multarum rerum usum haberet, mul-  
 taque eius & in senatu, & in foro uel prouisa prudenter,  
 uel acta constanter, uel responsa acutè forebantur: pro-  
 pterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapien-  
 tis. Te autem alio quodam modo dicunt, non solum natura,  
 & moribus, uerum etiam studio, & doctrina esse sapientem:  
 nec sicut uulgaris, sed ut eruditis solent appellare sapientem,  
 qualem in reliqua Graecia neminem. Nam qui se ptem ap-  
 calluntur, eos, qui ista subtilius querunt, in numero sapie-  
 tum non habent. Athenis unum accepimus, & eum quidem  
 etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc  
 esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita  
 esse ducas, humanosque casus uirtute inferiores esse putas.  
 Itaque ex me querunt, credo & ex hoc item Scœuola, quo-  
 nam pacto mortem Africani seras, eoque magis, quod his  
**Socrates** **Commentarij.** proximis Nonis cum in hortos D. Bruti Auguris comen-  
 tandi causa (ut assolet) uenissimus, tu non affuisti: qui di-  
 ligentissime semper illum die, & illud munus solitus es-  
 sere. **C A E V O L A.** Querunt quidem C. Læli multi,  
 ut est

**Septem Gra-  
 cit sapientes.**

**Socrates** **Apof-**  
**linis** oraculo fa-  
 pientissimus in  
 dicatus.

ut est à Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod amantissimi morte ferre moderate, nec potuisse nō cōmo ueri, nec fuisse id humanitatis tuae. Quod autē his Nonis in nostro collegio non affusses, ualedicinē respōdeo causam, non moestitiam fuisse. L A E L I V S . Recte tu quidē sc̄auola, et uerè. Nec enim ab isto officio, quod semper usurpauī cū ualerem, abduci incommodo meo debui; nec ulla casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissione fiat officij. Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicas, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicē: sed (ut mihi uideris) nō recte iudicas de Catone; aut enim nemo (quod quidē magis credo) aut si quisquam est, ille sapiens fuit. Quomodo enim (ut alia omittam) morte filij tulit? Memineram Paulum, uideram Caium: sed hi ne coparentur Catoni maximo, et spectato uiro. Quāmobrē caue Catoni anteponas ne istū quidē ipsum, quē Apollo (ut ait) sapientissimū iudicauit. Huius enim facta, illius dicta laudatur. De me autē (ut iam cum utroq; loquar) sic habetote. Ego si Scipionis desiderio me moueri negē, quam id recte faciā, uiderint sapientes: sed certe mētiar. Mouor enim tali amico orbatus, qualis Scipionis laus (ut arbitror) nemo unquam erit: et ut confirmare possū, nemo certè fuit. Sed nō egeo medicina, me ipse consolor, et maximē illo solatio, q; eo errore careo, quo amicorum discessu pleriq; angi solent. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit. Suis autē incommodis grauiiter angi, nō amicū, sed seipsum amantis est. Cum illo uero quis neget actū esse praeclarē? Nisi enim (quod  
L 2                    ille

ille minimè putabat) immortalitatē optare uellet, quid non  
est adeptus, quod homini fas esset optare? Qui summam  
spem cuium, quam de eo iam puero habuerant, continuò  
adolescens incredibili uirtute superauit: qui consulatum  
petit nunquam, factus est consul bis, primum ante tem-  
pus, iterū sibi suo tempore, reipub. penē serō: qui duabus  
urbibus euersis, inimicissimis huic imperio, nō modō pre-  
sentia, uerū etiā futura bella deleuit. Quid dicā de mo-  
ribus facillimis: de pietate in matrem, liberalitate in soror-  
es, bonitate in suos, iustitia in omnes? Hec nota sunt uo-  
bis.

*Scipionis mors  
a iora Roma  
deplorata.*

Quām autem ciuitati charus fuerit, moerore funeris  
indicatum est. Quid igitur hunc paucorū annorū acces-  
sio iuuare potuisse? Senectus enim quamvis non sit gra-  
uis (ut memini Catonem uno anno antē, quām mortuus  
est, mecum & cum Scipione differere) tamen austert eam ui-  
riditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Quamobrē uita  
quidem talis fuit, uel fortuna, uel gloria, ut nihil posset  
accedere. Moriēdi autem sensum celritas abstulit: quo  
de genere mortis difficile dictu est: quid homines suspi-  
centur, uidetis. Hoc tamen uere licet dicere, P. Scipioni  
ex multis diebus, quos in uita celeberrimos, letissimosq;  
uiderit, illum diem clarissimum fuisse, cum senatu dimisso  
domum reductus ad ueesperam est à patribus conscriptis,  
à populi Rom. socijs, & Latinis, pridie quām excepsit ē  
uita; ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur  
potius, quām ad inferos peruenisse. Negue enim affe-  
tioris, qui hec uuper differere coepserunt, cum corpori-

*Quod anima  
et immortalis.*

bis simul animas interire, atq; omnia morte deleri. Plus

apud me antiquorum autoritas ualeat, uel nostrorum na-

itorum

iorū, qui mortuis tum religiosa iura tribuerūt: quod non fecissent profectō, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: uel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnanīq; Græciam (quæ nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis, et præceptis suis erudierunt: uel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus: qui nō tum hoc, tum illud, ut in plerisq; sed idem dicebat semper, animos hominū esse diuinos, ijsq; cum ē corpore exceſſissent, redditum ad cœlum patere, optimoq; et iustissimo cuiq; expeditissimū: quod idē Scipioni uidebatur. Qui idē quasi presagiret, per paucis ante mortem diebus, cūn et Philus, et Manilius adessent, et alij plures, tuq; etiā Scæuola me conueniſſes, differuit triduum de repub. cuius disputationis fuit extrellum ferē de immortalitate animorū: quæ se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cuiusq; animus in morte facillimè euoleat, tanquam ē custodia, uinculisq; corporis, cui censemus cursum ad deos facilitiore faſſe, quam Scipioni? Quocirca mōcerere hoc eius euētu, uereor ne inuidi magis, quam amici sit. Sin autē illa uereor, ut idem interitus sit animorū, et corporum, nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte, sic certè nihil est mali. Sensu enim amissō, fit idē quasi natus non effet omnino. Quē tamē esse natum et nos gaudemus, et hac ciuitas, dū erit, lētabitur. Quamobrē cum illo quidē (ut suprā dixi) actum optimè est, necum autē incommodius: quē fuit æquius, ut prius introieram in uitā, sic prius exire de uita. Sed tamē recordatione nostræ amicitiae sic fruor, ut beatè uixisse uidear, quia cum Scipione uixerim, quo cum mihi cōiuncta cura de repub. et de pri-

**Quid sit amicitia.** uata fuit: quo cum domus fuit, et militia communis: et id, in quo est omnis uis amicitiae, voluntatum, studiorum, sensientiarum summa consensio. Itaque non tam ista me sapientiae (quam modo Fannius commemorauit) fama delectat, falsa presertim, quam quod amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore: idque mibi eodem magis est cordi,

Vix tria autem quatuor amicorum paria notantur paria amicorum: quo in genere sperare videor Scientiam amicitiam, et Læli notam posteritati fore. **F A N-**

**N I V S.** Istud quidem Læli ita necesse est: sed quoniā amicitiae mentionem fecisti, et sumus ociosi, per gratum mibi ficeris. Spero item scuolæ, si quemadmodum soles de ceteris rebus, cum ex te queruntur, sic de amicitia disputaris, quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des.

**S C A E V O L A.** Mihi uero erit gratuus, atque id ipsum cum tecum agere conarer, Fannius anteuerit. Quamobrem utriusque nostrum gratum admodum feceris. **L A E L I V S.**

Ego uero non grauerer, si mibi ipse considerem. Nam et præclara uisa res est, et sumus (ut dixit Fannius) ociosi. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? doctorum est ista consuetudo, eaque Graecorum, ut ijs proponatur, de quo disputatione, quamvis subito. Magnum opus est, egetque exercitatione non parua. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur.

**Amicitia omnibus rebus humanis antepuenda.** Ego nos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel secundas, uel aduersas.

**Amicitia nisi bonis esse posse.** Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non possit. Neque id ad uiuum refoco, ut illi, qui haec subtilius disce-

differunt, fortasse uerè, sed ad communem utilitatē parum. nō potest de clara  
 Negant enim quenquam uirum bonum esse, nisi sapientia autem qui  
 sunt boni.  
 tem. Sit ita sane: sed eam sapientiam interpretantur, quam  
 adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea, quae  
 sunt in usu, uitaq; communi, non ea, quae singuntur, aut  
 optantur sperare debemus. Nunquā ego dicam C. Fa-  
 britium, M. Curium, T. Corūcanum, quos sapientes no-  
 stri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapien-  
 tes. Quare sibi habeant sapientiae nomen et inuidiosum,  
 et obscurum, concedantq; ut hi boni uiri fuerint. Neque  
 id quidem facient, negabunt id nisi sapienti posse conce-  
 di. Agamus igitur pingui Minerua, ut aiunt. Qui ita Pingui Minerua  
 se gerunt, ita uiuunt, ut eorum probetur fides, integritas.  
 et equalitas, liberalitas: nec sit in eis ulla cupiditas, uel  
 libido, uel audacia, sicutq; magna constantia, ut hi fuerūt,  
 quos modò nominauit: hos uiros bonos, ut habiti sunt,  
 sic etiam appellandos esse putemus, qui assēquuntur, quan-  
 tum homines possunt, naturam optimam recte uiuendi  
 ducem. Sic enim perspicere mihi videor, ita natos esse  
 nos, ut inter omnes esset societas quedam: maior autem,  
 ut quisque proxime accederet. Itaq; ciues potiores sunt,  
 quam peregrini: et propinqui, quam alieni: cū his enim  
 amicitiam natura ipsa peperit, sed ea non satis habet fir-  
 mitatis. Namq; hoc præstat amicitia propinquitati, quod  
 ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia au-  
 tem non potest. Sublata enim benevolentia, amicitia no-  
 men tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem uis  
 amicitiae sit, ex hoc intelligi maximè potest, quod ex in-  
 finita societate generis humani, quam conciliauit ipsa na-

10  
Natura opti-  
ma recte uiuendi dux.

tura, ita contractares est, ex adducta in angustū, ut omnis  
<sup>Amicitiae defi-</sup> charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Est  
<sup>nino.</sup> <sup>12</sup> autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, hu-  
 manarumq; rerum cum benevolētia, ex charitate summa  
 consensio. Qua quidem haud scio an, excepta sapientia,  
 quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum.  
 Diuitias alij præponunt, bonam alij ualitudinem, alij po-  
 tentiam, alij honores: multi etiam uoluptates. Belluarum  
 hoc quidem extreum est: illa autem superiora sunt cadu-  
 ca, ex incerta, posita non tam in nostris consilijs, quam in  
 fortune temeritate. Qui autē in uirtute summum bonum  
<sup>13</sup> ponunt, præclare illi quidē, sed haec ipsa uirtus amicitiam  
 gignit, ex continet: nec sine uirtute amicitia esse ullo  
 pacto potest. Nam uirtutem ex consuetudine uite, sermo-  
 nisq; nostri interpretemur: nec metiamure eam (ut quidā  
 indocti) uerborum magnificentia, uirosq; bonos eos, qui  
 habentur, numeremus, Paulos, Catones, Caios, Scipio-  
 nes, Philos: his cōmuniſ uita cōtentā est. Eos autem omit-  
<sup>14</sup> tamus, qui omnino nusquā reperītur. Tales igitur inter  
 uiros amicitia tantas opportunitates habet, quantas uix  
<sup>15</sup> queo dicere. Principio, cui potest esse uita uitalis (ut ait  
 Ennius) qui non in amici mutua benevolētia cōquiescat?  
<sup>16</sup> Quid dulcius, quam habere quo cum omnia audeas sic lo-  
 qui, ut tecum? Quis esset tātus fructus in prospereis rebus,  
 nisi haberet, qui illis & quē ac tu ipse gauderet? Aduersas  
 uero res ferre difficile esset sine eo, qui illas grauius etiam  
 quam tu ferret. Deniq; ceterae res, quae expectuntur, op-  
 portunae sunt singula rebus ferre singulis, diuitiae ut uita  
<sup>17</sup> re, opes ut colare, honores ut laudere, uoluptates ut gau-  
 deat,

deas, ualetudo ut dolore careas, ex muneribus fungare corporis: Amicitia plurimas res continet, quoquo te ueris præsto est: nullo loco excluditur, nunquam intempeſtiva, nūquam molesta est. Itaq; non aqua, non igni, non aere (ut aiunt) pluribus locis utimur, quam amicitia. Neq; ego nūc de uulgari, aut de mediocri (que tamē ipsa delectat, et prodest) sed de uera, et perfecta loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. Nam ex secundas res splendidiores facit amicitia, et aduersas partiens, cōmunicansq; leuiores. Cumq; plurimas, et maximas communitates amicitia contineat, tum illa nimis prestat omnibus, quod bona spe prælucet in posterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur: uerū etiam iam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilles ualent, et quod difficilius dictu est, mortui uiuunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo, illorum beata mors uidetur, horum uita laudabilis. Quod si exemeris ex natura rerum benevolentia coniunctione, nec domus ulla, nec urbs stare poterit, nec agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur, quanta uis amicitiae, cōcordiaeq; sit, ex dissensionibus, atq; ex discordijs percipi potest. Que enim domus tam stabilis, que tam firma ciuitas est, que non odijs, atque dissiđijs funditus poscit euerit? Ex quo, quātū boni sit in amicitia iudicari potest. Agrigentinū doctum quendam virum carminibus Gracis uaticinatū ferunt, quae in rerum natura, totoq; mundo constarent, queq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atque hoc quidem

Omnia sine  
amicitia corrui

Empedocles  
Agrigenitus,

poëta, dicebat  
Oes-tes, & mun-

dum totū cōsta-

re ex amicitia,

L 5 omnes

omnes mortales et intelligunt, et re probant. Itaque si quādo aliquod officiū extitit amici in periculis aut adēdis, aut communicādis, quis est, qui id nō maximis efferaet laudibus? Qui clamores tota cauea nuper in hospitis, et  
**Cavea.**  
**M. Pacuvij**  
**tragedia de**  
**Oreste & Py-**  
**lade.** amici mei M. Pacuvij fuerūt in noua fabula, cūm ignorans te rege utrū eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse persequeraret? Stantes autem plaudebant in re facta. Quid arbitramur in uera fuisse facturos? Facile indicabat ipsa natura uim suam, cūm homines quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero iudicarent. Hactenus mihi uideor de amicitia, quod sentire potissime dixisse: si qua preterea sunt (credo autem esse multa) ab iis, si uidebitur, quād disputat, queritote. F A N N I V S.  
**Filii orationis.** Nos autē à te potius, quāquam etiā ab ipsis sape quasi- ui, et audiui non iniutus equidem: sed aliud quoddā ex petimus filium orationis tuā. S C A E V O L A. Tu magis id dices Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cūm est de repub. disputatum, affuisse: qualis tum patronus iustitia fuit contra accuratam orationem Phili. F A N N I V S.  
Facile id quidem fuit, iustitiam iustissimo uiro defendere.  
**S C A E V O L A.** Quid amicitiam? non' ne facile ei erit, qui ob eam summa fide, cōstantia, iustitiaq; seruatam, maximan ceperit gloriam? L A B L I V S. Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert qua me ratione cogatis? Cogitis certe: studijs enim generorum, praeferim in re bona, cūm difficile est, tum ne equum quidē obfistere. Sapissime igitur mihi de amicitia cogitanti maxime illud considerandum uideri solet, num propter imbecillitatem, atque

atq; inopiam desideranda sit amicitia: ut in dandis, recipiēdīsq; meritis, quod quisque minus per se posset, id accepert ab alio, uicissimq; redderet: an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior, et pulchrior, et magis à natura ipsa profecta alia causa esset. Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad benevolentiam coniungēdam. Nam utilitates quidem etiam ab ijs percipiuntur sāpe, qui simulatione amicitiae coluntur, et obseruantur causa temporis. In amicitia autem nihil fictum, latum, nihil simulatum: et quicquid in ea est, idē uerum, et uoluntarium est. Quapropter à natura nūbi uidetur potius, quam ab imbecillitate orta amicitia: et applicatione materialis, indigenis animi cū quoddā sensu amādi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdā animaduerti potest, quae ex se natos ita amant ad quoddā tempus, et ab eis ita amantur, ut facile earū appareat sensus. Quod in hominē multo est evidētius. Primum ex ea charitate, quae est inter nationes, et parentes: quae dirimi (nisi detestabili scelere) non potest. Deinde cū similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, et natura congruamus, quod in eo quasi lumen aliquod probitatis, et uirtutis prospicere uideamur. Nihil est enim amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cū propter uirtutē, et probitatē eos etiam, quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabritij, M. Curiū cum charitate aliqua, et benevolentia memoria non usurpet, quos nunquam uiderit? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui S.P. Caſium, vius lib. i., S.P. Me

Antiquior, id est nobilior.  
Amor, ex quo amicitia à natura potius. Et ab imbecillitate originum & similitudinum.

Fictum & simile latum.

Nihil amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum.

De Spurio Cassio T.L.

De Spu. Me- S P. Melium nō oderit? Cum duobus ducibus de impe-  
 tio lib. ab urbe rio in Italia decertatum est, Pyrrho, & Annibale: Ab  
 cōdita quarto.  
 Pyrrhus & An- altero propter probitatem eius nominis, non alienos ani-  
 nibal. mos habemus: Alterum propter crudelitatem eius sem-  
 per hēc ciuitas oderit. Quād si tanta uis probitatis est, ut  
 eam uel in eis, quos nunquam uidimus, uel, quod maius  
 est, in hoste etiam diligamus: quid mirum est, si animi  
 hominum mouentur, cūn eorum, quibus cum usu con-  
 iuncti esse possint, uirtutem, & bonitatem perspicere ui-  
 deantur? Quanquam confirmatur amor & beneficio ac-  
 cepto, & studio perspecto, & consuetudine adiūcta: qui-  
 bus rebus ad illum primum motū animi, & amoris adhi-  
 bitis, admirabilis quādā exardescit beneuolētiae magnitu-  
 do: quam si qui putat ab imbecillitate proficisci, ut sit per  
 quam quisq; assequatur quod desideret, humilem sanè re-  
 linquunt, & minime generosum (ut ita dicam) ortum  
 amicitiae, quam ex inopia, atq; indigentia nasci uolent.  
 Quod si ita esset, ut quisq; ualitudinis minimum in se esse  
 arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod lon-  
 gè secus est. Ut enim quisq; sibi plurimum confidit, &  
 ut quisq; maximē uirtute, & sapientia sic munitus est ut  
 nullo egeat, suaq; omnia in seipso posita iudicet, ita in am-  
 citijs expetendis, colendisq; maximē excellit. Quid enim  
 erat Africanus indigens meis Minimē hercle. At ne ego  
 quidem illius: sed ego admiratione quadam uirtutis eius,  
 ille uiciſſim opinione fortasse nonnulla, quam de meis mo-  
 ribus habebat, me dilexit: auxit beneuolētiam consuetu-  
 do. Sed quanquam utilitates multe, & magna consecutae  
 sunt, non sunt tamen ab earum ſpe cauſe diligendi pro-  
 fectæ

facta. Ut enim beneficii liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium sceneretur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non sumus. Nō esse scene-  
randum benefi-  
ciūm.

Spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Ab ipsis, qui pecudum ritu ad uoluptate omnia referunt, longè dissentimus. Nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tanquam contemptam. Quamobrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autem intelligentiam à natura gigni sensum diligendi, et benevolentiae charitatē facta significatione probitatis: quam qui appetuerūt, applicat sese, et proprius admouet, ut et usu eius, quem diligere coepерunt, fruantur, et moribus, sintque patres in amore, et aequales, propensioresque ad bene merendum, quam ad reposendum. Atque hac inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates ex amicitia maxime continentur, et erit eius ortus à natura, quam ab imbecillitate, et grauior, et uerior. Nam si utilitas amicitias cōglutinaret, eadem cōmutata dissolueret. Sed quia natura mutari non potest, idcirco uerae amicitiae sempiterne sunt. Ortum quidem amicitiae uidetis, nisi quid adhuc forte uultis. Sicut natura  
mutari non po-  
test: ita amici-  
tia, quae à natu-  
ra est, perpetuud  
durat.

**S C A E V O L A.** Tu uero perge Leli: pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure restodeo. **F A N N I V S.**  
Recte tu quidem, quamobrem audiamus.

## L A E L I V S.

**A**vidite uero optimi uiri ea, qua sepiissime inter me, et Scipionem de amicitia differebantur: quamquam ille quidem nihil difficultius esse dicebat, quam amicitiam usque Nihil diffi-  
cilius, quam amici-  
tiam.

tiam usq; ad ex usq; ad extremum uitæ diem permanere. Nam uel ut nō tremū uitæ dī idem expediret utriq; incidere sepc: uel ut de repub. non permanere.

idem sentirent. Mutari etiā mores hominum sēpe dicebat, aliās aduersis rebus, aliās ætate ingrauescente. Atq; earum rerū exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quod summī puerorū amores sēpe unā cum prætexta, & togā deponerentur. Sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum cōtentione, uel luxuriæ conditione, uel commodi dicuius, quod idcm adipisci

<sup>29</sup> uterq; nō posset. Quod si qui longius in amicitia proueci essent, tamē sēpe labefactari, si in honoris contentio-

nam incidissent. Pestem enim maiorem esse nullā in amici-

Nulla maior  
pestis in amici-  
tis, quam in plerisq; pecuniae cupiditatem, in optimis qui-  
tia, quam pecu-  
busq; honoris certamen, & glorie: ex quo inimicitias

maximas sēpe inter amicissimos extitisse. Magna etiam disfida, & plerūq; iusta nasci, cū aliquid ab amicis, quod rectū non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriā. Quod qui recusarent, quamuis honestē id facerēt, ius tamē amicitiae deferere arguerentur ab ijs, quibus obsequi nollent: illos autē, qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri omnia se amici causa esse facturos. Eorum querela inueterata non modō familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima, atque sempiterna. Hec ita

Quatenus a-  
mor in amici-  
tia progredi de-  
bet.  
Coriolanus ar-  
ma contra pa-  
triā mouens.

multa quasi fato impendre amicitiis, ut omnia subterfu-  
gere non modō sapientie, sed etiam felicitatis diceret sibi  
uideri. Quanobrem id primū uideamus si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cū Coriolano

riolano debuere? Num Beccilium amici regnum appetentem, num S. P. Melium iuuare debuerunt? Tyberium quidem Gracchum rempub. uexantem à Q. Tuberone, æqualibusq; amicis derelictum uidebamus. At C. Blofius Cumanus hospes familiæ nostræ, Scœuola, cùm ad me, qui aderam cum Lenate, et Rutilio consulibus in consilio, deprecatū uenisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Tyb. Gracchum fecisset, ut quicquid ille uellet, sibi faciendū putaret. Tum ego, Etiam' ne, inquam, si te in Capitoliū faces ferre uellet? Nunquam, inquit, uoluisset id quidem: sed si uoluisset, paruisse. Videtis quam nefaria vox: et hercle ita fecit, uel plus etiam, quam dixit. Non enim paruit ille Tyberij Gracchi temeritati, sed etiam præstut: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Itaque hac amentia quæstione noua præteritus in Asiam profugit, ad hostes sc contulit, pœnas reipub. graues, iustasq; persoluit. Nulla est igitur excusa= Nulla est excu-  
fatio peccati, si amici causa peccaueris. Nam cùm conciliat= amici causa pec-  
trix amicitiae uirtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam caueris.  
manere, si à uirtute defeceris. Quod si rectum statuerimus uel cōcedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab amicis quicquid uelimus, perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res uitij: sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos uidemus, aut de quibus memoriā accepimus, aut quos nouit uita cōmuniſ. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, et eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proximè accedunt. Vidiſmus Paulum Aemilium C. Lucinio familiarē fuisse (sic à patribus accepimus) bis unā consules, et collegas in censura: tum etiam

etiam cum ijs, et inter se coniunctissimos fuisse M. Curius, et T. Coruncanum memoria traditum est. Igitur  
 62 ne suspicari quidem possumus quenquam horum ab amico quippiā contendisse, quod contra fidem, contra iusfrandum, contra rempub. effet. Nam hæc quidem in taliis bus uiris quid attinet dicere? si contedissent, scio impetraturos non fuisse, cum illi sanctissimi uiri fuerint. Aequè autem nefas sit tale aliquid et facere rogatum, et rogare. At uero Tyberium Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, et minimè tunc quidem Caio fratri, nūc idem acer rimus inimicus.

Prima lex in  
amicitia, ut ne-  
que rogem⁹ res  
turpes, nec fa-  
ciamus rogati.

**H**ec igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogem⁹ res turpes, nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est, et minimè accipienda, cum in ceteris peccatis, tum si quis contra rempub. se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni et Scæuola, locati sumus, ut nos longè prospicere oporteat futuros casus reipub. Deflexit enim iam aliquantulū de spatio, curriculoq; consuetudo maiorum. Tyb. Gracchus regnū occupare condatus est, uel regnauit is quidē paucos menses. Nunquid simile pop. Rom. audierat, aut uiderat? Hunc etiā post mortem secuti amici, et propinquui. Quid in P. Scipione Nāficam efficerint, sine lachrymis nō queo dicere. Nā Carbone quoq; quē modo posuimus, propter recētem pœnam Tyb. Gracchi sustinuimus. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari. Serpit enim dēinde res, quæ proclivis ad pernicie cum semel cœpit, labitur. Videtis in tabella iam antè quanta sit facta labes, primò Gabinia lege, biennio autem pōst, Cassia. Videre iam uia dcor

deor populum Rom. à senatu disunctum, multitudinisq; arbitrio res maximas agi. Plures enim discēt quemadmo dum hæc fiāt, quām quemadmodū his resistatur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quicquam tale conatur. Præcipiendū est igitur bonis, ut si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existimēt ita se alligatos, ut ab amicis in magna re aliqua in rēp. peccantibus non discedant. Improbis autem poena statuenda est: nec minor uero ijs, qui sequuti erunt alterum, quām ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Coriolanus, & Themistocles? quis potentior? qui cùm imperator bello Themistocles mortem sibi cō Persico seruitute Græciā liberasset, propterq; inuidiam scierunt. in exilium missus esset, ingrata patriæ inuidiam non tu= \*dls, iniuriā lit, quam ferre debuit. Fecit idem quod x. annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor cōtra patriam inuentus est nemo; itaq; mortem sibi uterque consciuit. Quare talis improborum consensio non modò excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni suppliatio vindicanda est, ut ne quis concessum putet, amicum bellum patriæ inferētem sequi. Quod quidem, ut res coepit ire, haud scio an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est, qualis respub. post mortem means futura sit, quām qualis hodie sit.

**H**AEC igitur prima lex amicitiae fanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus: neq; expectemus quidē dum rogemur, sed stolidum semper adfīt, cunctatio absit: consilium uerum dare gaudemus liberē. Plurimum in amicitia amicorū bene suadentū ualeat autoritas: eāq; adhibetur ad monē-

M dum

dum non modò apertè, sed etiam acriter, si res postula=bit, et autoritatè adhibitæ pareatur. Nam quibusdā, quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quedā: sed nihil est, quod illi nō persequantur suis argutijs: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne ne-cessē sit unum sollicitū esse pro pluribus: satis superiq; esse sibi suarū cuiq; rerum curā, alienis nimis implicari mole=stum esse: commodissimum esse quām laxissimas habenas habere amicitiae, quas uel adducas cū uelis, uel remittas. Caput enim esse ad beatè uiuendū securitatē, qua frui nō posīt animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.

Alio's autem dicere aiunt etiam multò inhumanius, quē locum breuiter perstrinxi paulò antè: præsidij, adiumenti, q; causa, nō benevolentia, neq; charitatis amicitias esse expetēdas. Itaq; ut quisq; minimū firmitatis habeat, minimūq; uirū, ita amicitias appetere maximè. Ex eo fieri ut mulierculæ magis amicitiarū præsidia querant, quām uiri: ex inopes, quām opulentii: ex calamitosi, quām q; qui putantur beati. O præclarā sapientiā. Solem enim è mundo tollere uidentur, qui amicitiā è uita tollunt: qua à diis immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius.

*Q*uae est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. Neq; enim est consentaneum ullam honestam rem, actionem uue, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quod si cu=ram fugimus, uirtus fugienda est, quæ necesse est ut cum aliqua cura res sibi cōtrarias affernetur, atq; oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinē, ignauiam fortitudi=do. Itaq; uideas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecilli

Solem è mādo  
tollere uidentur,  
qui amicitiā  
uita tollunt.

beccilibus fortis, flagitiosis modestos. Ergo hoc propriū proprium animi est animi bene constituti, et letari bonis rebus, et dolere <sup>mihi</sup> bene constituti contrarijs. Quamobrem si cadit in sapientē animi dolor, qui profectō cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatē arbitremur, quae causa est ut amicitia funditus tollamus ē uita, ne aliquas ppter eā suscipiamus molestias? Quid enim interest (motu animi sublato) non dico inter pecudem, et hominem, sed inter hominem, et saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdē? Nēq; enim sunt isti in Stoicos. audiēdi, qui uirtutē duram, et quasi ferream esse uolunt: quae quidē est tum multis in rebus, tum in amicitia tenebra, atque tractabilis, ut ex bonis amici quasi diffundatur, et incomodis contrahatur. Quāobrē angor iste, qui pro amico sepe capiendus est, non tantū ualet, ut tollat ē uita amicitia, non plus, quam ut uirtutes, quia nōnullas curas, et molestias afferunt, repudientur. Cūm autē contrahat uirtus amicitiam (ut suprà dixi) si qua significatio uirtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet, et adiungat: id cùm cōtingit, amor ibi exoriatur necesse est. Quid enim tam absurdū, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut edificio, ut uestitu, cultūq; corporis, animo autē uirtute prædicto, eo, qui uel amare, uel (ut ita dicam) redamare possit, non admodū delectari ē? Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil uicissitudine studiorū, officiorumq; iucundius. Quod si etiā illud addimus, quod rectē addi potest, nihil esse quod ad se rem ullā Morum similitudinē alliciat, et tam attrahat, quam ad amicitia similitudo: contrahit. concedatur profectō esse uerum, ut bonos boni diligent, οὐοὶ φίλοι adsciscantq; sibi quasi propinquitate cōiunctos, atq; na= φίλοι.

M 2 tura

tura. Nihil est enim appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura. Quamobrem hoc quidem Fanni, et Scœuola constat (ut opinor) bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse, quæ est amicitiae fons à natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudo-

21 nem pertinet: non est enim inhumana virtus, neque immunitis, neq; superba, que etiā populos uniuersos tueri, eisq; optimè cōsulere soleat; quod non faceret profecto, si à charitate uulgi abhorreret. Atq; etiam nubi quidem

22 uidentur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere: non enim tam utilitas parata per amicum, quam amici amor ipse delectat. Tumq; illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum amore, et studio est profectum. Tantumq; abest ut amicitiae propter indigentiam colantur, ut ij, qui opibus, et copijs, maximeq; uirtute prædicti (in qua plurimū est præsidij) minime alterius indigent, liberalissimi sint, et beneficentissimi: atq; haud scio, an' ne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis. Vbi enim studia nostra uigriffissent, si nūquam studio, nunquam cōsilio, nunquam opera nostra nec domi, nec militiæ Scipio equisset? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam cōsecuta est. Non ergo erunt homines diuitijs affluentes audiēdi, si quando de amicitia, quam nec usu, nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est (proh deūm fidem, atq; hominum) qui uelit ut neq; diligat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur, circūflueret omnibus copijs, atq; in omnium rerum abundantia uiuere? Hec enim est tyrannorum uita, nimurūm in qua nulla fides, nulla charitas, nulla

Tyrannorum  
uita.

nulla stabilis benevolentie potest esse fiducia: omnia semper suspecta, atq; solicita sunt, nullus locus est amicitiae. Quis enim aut eum diligit, quem metuit: aut eum, à quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione amicitiae duntaxat ad tēpūs, quod si forte (ut sit plerunq;) ceciderint, tum intelligitur quam fuerint inopes amicorum. Quod In aduersis co-  
Tarquinium dixisse ferunt tum cum exul esset, se intelle- gnosciunt amic.  
xisse quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos, cum iam  
neutris gratiam referre posset. Quanquam miror in illa  
superbia, & importunitate, si quenquam habere potuit.  
Atque ut huius (quem dixi) mores, ueros amicos parare  
non potuere, sic multorum opes præpotentius excludunt  
amicuas fidèles. Non enim solum ipsa fortuna caca est, Fortuna caca, 18.  
sed eos etiam plerunq; efficit cacos, quos complexa est:  
itaque illi efferuntur fastidio ferè, & contumacia, neque  
quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. 24  
Atq; hoc quidē uidere licet, eos, qui anteā commodis fue-  
runt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immu-  
tari, sperniq; ab ijs ueteres amicitias, & indulgere nouis.  
Quid autem stultius, quam ut plurimum copijs, facultati-  
bus, opibus possint, cetera parare, quæ parantur, pe-  
cuniā, equos, famulos, uestes, gloriam, uasa preciosa:  
amicos non parare, optimam, & pulcherrimam uitæ (ut Melius, laudat  
ita dicam) supellechilē! Etenim cetera cùm parantur, cui  
parentur nesciunt, nec cuius causa laborent. Eius enim  
est istoru quicquid est, qui uincit eos uiribus: amicitiarum  
sua cuiq; permanet stabilis, & certa possessio: ut etiam si  
illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen uita  
inculta, & deserta ab amicis non posse esse iucunda. Sed

M 3 hæc

<sup>24</sup> Qui sint in ami hæc hactenus. Constituendi autem sunt, qui sint in ami-  
citia fines.

<sup>25</sup> citia fines, & quasi termini diligendi: de quibus tres ui-  
deo sententias ferri, quarum nullam probo. Vnam, ut eo-  
dem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet-  
ipsos. Alteram, ut nostra in amicos benevolentia illorum  
erga nos benevolentie pariter, & equaliterq; respondeat.  
Tertiam, ut quanti quisq; scipsum facit, tanti fiat ab ami-  
cis. Harum trium sententiarum nulli proorsus assentior:  
nec enim illa prima uera est, ut quæadmodū in se quisq;

<sup>26</sup> sic in amicum sit animatus. Quam multa enim, quæ no-  
stra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum:  
precari amicis ab indigno, supplicare, tum acerbius in  
aliquem inuchi, infectariq; uehemētius: que in nostris re-  
bus non satis honestè, in amicorum fuit honestissimè.  
Multæq; res sunt, in quibus de suis commodis uiri boni  
multa detrahunt, detrahiq; patiuntur, ut ijs amici potius,  
quam ipsi fruantur. Altera sententia est, quæ definit ami-  
citiam paribus officijs, ac uoluntatibus. Hoc quidem est

Ad calculos uo nimis exigue, & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut  
care.

par sit ratio acceptorum, & datorum. Dicitur mihi, & af-  
fluentior uidetur esse uera amicitia, nec obseruare restri-  
ctè ne plus reddat, quam acceperit. Neq; enim uerendum  
est, nequid excidat, aut nequid in terrā defluat, aut ne  
plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertiū uero ille  
finis deterrimus, ut quanti quisq; se ipse faciat, tanti fiat  
ab amicis. Sæpe in quibusdā aut animus abiectione est, aut  
spes amplificanda fortunæ fractior: non est igitur amici-  
talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius debet  
eniti, & efficere, ut amici iacentem animum excitet, indu-  
catq;

catq; in spem, cogitationemq; meliorē. Alius igitur finis ueræ amicitiae constituendus est, si prius, quod maximè reprehendere Scipio solitus sit, edixero. Negabat ullam uocem inimiciorē amicitiae potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset ita amare oportere, ut aliquando esset osurus. Nec uero se adduci posse, ut hoc (quemadmodū puta retur) à Biantे esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset unus è septē: sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suā potestiam reuocatis, esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus eſe poterit, cuius se putabit inimicum eſe posse? Quin etiam necesse erit cūpere, & optare ut quam sepiſime peccet amicus, quò plures det ſibi tanquā anſas ad reprehēdendum: rurſum autem recte factis, commodiſq; amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem praeceptum cuiuſcunq; est, ad tollendam amicitiam ualet. Illud potius praeципiendum fuit, ut eam diligentiam adhibeamus in amicitijs comparandis, ut nē quando amare inciperemus cum, quem aliquando odiſſe possemus. Quin etiam si minus felices in diligendo fuſſemus, ferendum id Scipio potius, quam inimiciarum tempus cogitandum, putabat. His igitur finibus utendum arbitror, ut cùm emendati mores amicorum fint, tum fit inter eos omnium rerum, confiliorum, & uoluntatū fine illa exceptione comunitas: ut etiam ſiqua fortuna acciderit, ut minus iustæ amicorum uoluntates, adiuuande fint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum eſt de uia, modò ne ſumma turpitudo sequatur. Eſt enim quatenus <sup>28</sup> *Quousq; amicitia producenda.*

M 4 Nec

29 Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam ciuiū:quam blanditijs, & affectionibus colligere turpe est. Virtus, quam sequitur charitas, minime repudienda est. Sed saepe (redeo enim ad Scipionē, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quod in omnibus rebus homines diligentiores essent: ut capras, & oves quot quisq; haberet, dicere posset, amicos quot haberet, dicere nō posset: & in illis quidem parandis curam adhibere, in amicis eligēdis negligētes esse:nec habere quasi signa quādam, & notas, quibus eos, qui ad amicitia essent idonei, iudicarent. Sunt igitur firmi, & stabiles, & cōstantes elegēdi, cuius generis est magna penuria: & iudicare difficile est sanè, nisi expertū. Experiendum aut est in ipsa amicitia, ita praeccurrit amicitia iudicium, tollitq; experiendi potestatem. Est igitur prudentis sustinere ut cursum, sic impetu benevolentiae: quod utamur quasi aquis tentatis, sic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus amicorū. Quidā saepe in parua pecunia perspicuitur quām sint leues: quidā autem, quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. Si uero erūt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiae sordidum existiment: ubi eos inueniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiae non anteponant? ut cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera uis amicitiae, non multò illa malint? Imbecilla enim humana natura est ad contēnendam potētiā: quam etiam si neglecta amicitia cōsecuti sunt, excusatū iri se arbitrantur, quia nō sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaq; uestræ amicitiae difficillimè reperiuntur in ijs, qui in honoribus

30  
31

ribus, req; publica uersantur. Vbi enim istum inuenias,  
qui honorem amici anteponat suo? Quid? (haec ut omit= tam)  
quam graues, quam difficiles plerisq; uidentur ca=lamitatum societates? ad quas non est facile inuentus, qui  
descendat. Quanquam Ennius recte inquit,

Amicus certus in re incerta cernitur:

tamen haec duo leuitatis, & infirmitatis plerosq; couinc-

cit: aut si in bonis rebus cōtemnunt amicos, aut si in ma-

lis deserunt. Qui igitur utraq; in re graue, constantem,

stabilem se in amicitia præliterit, hunc ex maxime raro

hominum genere iudicare debemus, & penè diuino. Fir-

mamentum autem stabilitatis, constantieq; est eius, quam

Fides stabilitas a= micitiae funda-  
mentum.

in amicitia querimus, fides. Nihil enim stabile est, quod

infidum est. Simplicem præterea, & communem, & con-

sentientem, & qui rebus ijsdem moueatur, eligi par est:

quaे omnia pertinet ad fidelitatem. Neq; enim fidū potest

esse multiplex ingenium, & tortuosum: neq; uero qui nō

ijsdem rebus mouetur, & natura consentit, fidus, aut sta-

bilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne criminibus

aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblati: quaे

omnia pertinent ad eam, quam iandudum tracto, con-

stantiam. Ita sit uerum illud, quod initio dixi, amicitiam

nisi inter bonos esse nō posse. Est enim boni uiri (quem

eundem sapientem licet dicere) haec duo tenere in amici-

tia. Primum, nequid fictum sit, ne'ue simulatum: aperte

enim uel odisse aliud, magis ingenuum est, quam fronte

occultare sententiam. Deinde, non solum ab aliquo obla-

tas criminationes depellere, sed ne ipsum quidem esse

suspiciosum, semper aliquid existimatem ab amico esse

M 5 uiola

*uiolatum. Accedat hoc suauitas quædam oportet sermo-*  
*num, atq; morum, haudquaquam mediocre cōdimentum*  
*Tristitia & se- amicitie. Tristitia autē, et in omni re severitas abſit. Ha-*  
*ueritas abſit debent ab ami- bet illa quidem grauitatē, sed amicitia remiſſior esse de-*  
*citia. c̄bet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem, fa-*

*cilitatemq; proclivior. Existit aut̄ hoc loco quæda quæ-*  

**Noui amici nō**  
**sunt ueteribus**  
**anteponendi.** *stio subdifficilis: Nunquando amici noui nō indigni ami-*  
*citia ueteribus sint anteponēdi, ut equis uetus teneros*  
*anteponere solemus: Indigna dubitatio homine. Non*  
*enim amicitiarū esse debet, sicut aliarum rerū satietates.*

**33** *Veterrima quæq; (ut ea uina, quæ uetus statem ferunt) esse*  
*debent suauissima: uerumq; illud est, quod uulgō dicitur:*

**Notandum prouerbium.** *Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae mu-*  
*nus expletum sit. Novitates autem, si spem afferūt, ut tan-*  
*quam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt*  
*illæ quidē repudiandæ: uetus tamen suo loco cōseruan-*  
*da est. Maxima est enim uis uetus statis, et consuetudinis.*  
*At qui in ipso equo (cuius modo mentionem feci) si nulla*  
*res impediat, nemo est qui nō eo, quo cōsuevit, libentius*  
*utatur, quam intrastato, et nouo. Nec modo in hoc, quod*  
*est animal, sed in ijs etiā, quæ sunt inanimata, cōsuetudo*  
*ualet, cum locus etiam ipsis motuosis delectemur, et syl-*  
*uestribus, in quibus diutius cōmorati sumus. Sed maximū*  
*est in amicitia, superiorē parem esse inferiori. Sæpe enim*  
*excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro*  
*(ut ita dicam) grege. Nūquam se ille Philo, nūquam Ru-*  
*tilio, nūquam Mummo anteposuit, nunquam inferioris*  
*ordinis amicis. Quero Maximum fratrem egregium ui-*  
*rum omnino sibi nequaquam parē, quod is anteibat etate,*  
tanquam

tanquam superiorem colebat. Quod faciendū, imitandū; Superior aetate  
est omnibus: ut siquam præstantiam uirtutis, ingenij, for= colendus est.  
tunæ consecuti sunt, impariā eam suis, communicentq;  
cum proximis, ut si parētibus nati sunt humilibus, si pro  
pinquos habeat imbecilliores uel animo, uel fortuna, eo=  
rum augeat opes, eisq; honori sint, & dignitati: ut in fa=  
bulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & ge=  
neris in famulatu fuerint, cùm cogniti sunt, & aut deo=  
rum, aut regum filij inueni, retinent tamen charitatem in  
pastores, quos patres multos annos esse duxerunt. Quod  
quidem est multò profectō magis in ieris patribus, cer=  
tisq; faciendū. Fructus enim ingenij, & uirtutis, omnisq;  
præstantiae tum maximè capitur, cùm in proximū quenq;  
coſertur. Ut igitur ijs, qui sunt in amicitiae, coiunctionisq;  
neceſſitudine superiores, se æquare cum inferioribus de=  
bent, sic inferiores dolere non debent se à suis amicis aut  
ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. Quorū ple=  
rique aut queruntur semper aliquid, aut etiam expro=  
brant, eoq; magis, si aliquid habere se putant, quod offi=  
cioſe, aut amice, ex cum labore aliquo suo factum queat  
dicere. Odiosum ſanè genui hominum officia exprobran=  
tium: que meminiffe debet ijs, in quem collata ſunt, nō cō=  
memorare qui cotulit. Quamobrem ut ijs, qui superiores  
ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodāmodo in=  
feriores extollere. Sunt enim qdā, qui moleſtas amicitias  
faciunt, cū ipſi ſe cōtemni putant. Quod non ferē contin=  
git niſi ijs, qui etiā cōtemnendos ſe arbitrantur: qui hac  
opinione nō modò uerbis, ſed etiam opere leuandi ſunt.  
Tantum autem cuique tribuendum eſt primū, quātum  
ipſe

Crede mihi, quāvis ingentia loſthūme donec,  
Autoris perecut gaſtilitate ſui. Martiā  
lis tu Epigram.

Ex uerbiu per Lin̄ ēu mafbla Jér̄ meminisse  
Havia Xeror. In T̄r̄ eu mafbla, euib, EPI.  
AELIAS: Officia memorare atq; in quem collata  
ſunt, o commemorare iſ q; contulit. Diſmoſtren:

Meminiffe de=  
bet ijs, in quem  
collatum eſt be  
neſciū, non  
memorare qui  
contulit.

Jenij odiosi ſunt expro=  
brantes. Wols. in h. l.  
fol. 102. c.

ipse efficere possis: deinde etiam quantum ille, quem diligas, atque adiuves, possit sustinere. Non enim tu possis (quodatumvis licet excellas) omnes tuos ad honores am-

**Scipio Rutilii pliſimos perducere: ut Scipio P. Rutilii potuit consulem**  
**\*alī, Lelium efficere, fratrem eius\* Lucium non potuit. Quod si etiam**

**possis quiduis deferre ad alterū, uidendum est tamen quid Amicitiae aetate possit sustinere. Omnino amicitiae corroboratis iam, te prouecta iudicanda sunt.**

**siqui ineunte aetate uenandi, aut pilae studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eorum studio praeditos dilexerunt: isto enim modo nutrices, et paedagogi iure uetus stat plurimum benevolentia postulabunt, qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colent.**

**35 Disparē enim mores, dispartia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob alia causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi**

**36 quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum, studiorumque distantia. Recte etiam praeципi potest in amicitiis, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod persēpe fit) impedit magnas utilitates amicorum. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus,**

**Neoptolemus. Lycomedes. multis cum lachrymis iter suum impudentem audire uoluisset. Et sepe incident magnae res, ut discedendum sit ab amicis, quas qui impedire uult, quod desiderium non**

**Vide <sup>1</sup> libro 9. celi. inde capit. 20. quod ab amicis terribiliter considerandum est quid ab amicis patetur.**

**Cōsiderandum est quid ab amicis patetur.** ipsam causam in amicitia parum iustus. Atque in omni re considerandum est, et quid postules ab amico, et quid patiare

patiare à te impetrari. Est etiam quasi quædam calamitas  
in amicitijs dimittendis nonnunquā necessaria. Nam enim  
à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio  
nostra delabitur. Erumpunt sepe uitia amicorum tum in  
ipso<sup>s</sup> amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos 37  
redundet infamia. Tales igitur amicitiae sunt remissione  
usus leuandæ, & (ut Catonem dicere audiui) dissuendæ  
magis, quām discindendæ sunt: nisi quædam admodum in= Dissuendæ ma= gis, quām disci= dendæ amicitiae,  
tolerabilis iniuria exarserit, ut neq; rectum, neque hone= stum sit, neq; fieri posít, ut non statim alienatio, disfun= ctio q; facienda sit. Sin autem morum, aut studiorum com= mutatio quædam (ut fieri solet) facta erit, aut in reipub. partibus dissensio intercesserit (loquor enim, ut paulò  
antè dixi, non de sapientum, sed de cōmunib<sup>s</sup> amicitijs)  
cauendum erit ne non solum amicitiae depositæ, sed ini= micitiae etiā susceptæ videātur. Nihil enim turpius, quām  
cum eo bellum gerere, qui cum familiariter uixeris. Ab  
amicitia Qu. Pompeij meo nomine se remouerat (ut scitis) Q. Pompeius.  
Scipio: propter dissensionē autem, quæ erat in rep. alie= natus est à collega nostro Metello: utrumq; egit grauitter Metellus.  
autoritate, & offensione animi non acerba. Quamobrem  
primū danda opera est, nequa amicorū dissidia flant: sin  
tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiae, quām  
oppressæ videantur. Cauendum uero est, ne etiam in gra= ues inimicitias cōuertant se amicitiae: è quibus iurgia, ma= ledicta, cōtumeliae gignuntur. Quæ tamen si tolerabiles  
erunt, ferendæ sunt: & hic honos ueteri amicitiae tribue= dus est, ut is in culpa sit, qui faciat, nō qui patiatur iniu= riā. Omnino omnium horū uitorū, atq; incōmodorum  
una

una cautio est, atq; una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, ne ue indignos. Digni autē sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligatur. Rarū genus (et quidē oīa præclararara) nec quicquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectū. Sed pleriq; neq; in rebus humanis quicquā bonū norūt, nisi quod fructuosum sit: et amicos, tāquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructū esse capturos. Itaq; pulcherrima illa, et maximè naturali carent amicitia, per se, et propter se expetēda: nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc uis amicitiae qualis, et quanta sit. Ipse enim se quisq; diligit, nō ut aliquā à seipso mercedem exigit charitatis sue, sed quòd per se sibi quisque charus est: quòd nisi idem in amicitia transferatur, uerus amicus nunquā reperietur. Est enim is amicus quidē, qui est tanquam alter idem. Quòd si hæc apparent in bestijs, uolucribus, agrestibus, natantibus, suibus, cicuribus, fers, primū se ut ipsi diligant (id enim pariter cum omni animāte nascitur) deinde ut requirat, atq; appetant aliquas alias animates, ad quas se applicent eiusdem generis: idq; faciunt cum desiderio, et cum quadā similitudine amoris humani: quanto id magis in hominē fit natura, qui et se ipse diligit, et alterū acquirit, cuius animum cū suo commisceat, ut efficiat penè unū ex duobus? Sed pleriq; perauersè, ne dicam impudenter, amicū habere talem uolunt, quales ipsi esse non possunt: quæq; ipsi nō tribuunt amicis, hæc ab his desiderant. Par est autē primū ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui querere. In talibus ea, quam iandudum tractabamus, stabilitas amicitiae confir-

38  
**Amicus vir bonus esse debet.**

confirmari potest, cùm homines, benevolentia coniuncti  
primū cupiditatibus ijs, quibus ceteri seruiūt, imperabūt:

déinde equitate, iudiciaq; gaudebunt, omniaq; alter pro

altero suscipiet: neq; quicquā unquam nisi honestum, &

rectum alter ab altero postulabit: neq; solum colet se in= 39 etum peten  
ter se, ac diligent, sed etiam uerebuntur. Nam maximum dum est.

ornamētum amicitiae tollit, qui ex ea tollit uercundiam. Non debet ue

Itaq; in ijs perniciosus est error, qui existimat libidinum, recūdia ab ami

citia abesse.

peccatorumq; omnium patere in amicitia licetiam. Vir-

tutū enim amicitia adiutorix à natura data est, nō uitio-

rum comes: ut quoniam solitaria nō posset uirtus ad ea,

que summa sunt, peruenire, coiuncta, & sociata cum al-

tera perueniret: que si quos inter societas aut est, aut

fuit, aut futura est, eorum est habēdus ad summū naturae

bonū optimus, beatissimusq; comitatus. Hec est, inquam,

societas, in qua omnia insunt, que putant homines expe-

tenda, honestas, gloria, trāquillitas animi, atq; iucūditas:

ut cū hæc adfint, beata uita sit, & sine his esse non possit.

Quod cùm optimum, maximumq; sit, si id uolumus adipi

sci, uirtuti opera danda est: sine qua neq; amicitiam, neq;

ullam rem expetendam cōsequi possumus. Ea uero negle-

cta, qui se amicos habere arbitratur, tum se deniq; erraſ= Apophtheg-

ma.

se sentiunt, cùm eos grauis aliquis casus experiri cogit.

Quocirca (dicendū est enim sepius) cùm iudicaueris, di=

ligere oportet: non cū dilexeris, iudicare. Sed cùm multis prius, quam di

in rebus negligētia plectimur, tum maximē in amicis &

diligendis, & colendis. Præposterior enim utimur confi-

lijs, et acta agimus, que uetamur ueteri prouerbio. Nam Aetū agere,

implicati ultro, & citro, uel usū diuturno, uel etiam offi-

cijſ

cijs, repētē in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus. Quō etiam magis uituperāda est rei tam maximē necessaria tanta incuria. Vna est enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore cōsentient, quanquam à multis ipsa uirtus cōtemnitur, & uenitatio quēdā, atq; ostentatio esse dicitur. Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus, cultusq; delectat: honores uero, quorū cupiditate quidā inflammantur, quām multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existimēt. Itē cætera quæ quibusdā admirabilia uidētur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unū idem sentiunt, & hi qui ad remp. se contulerunt, & ij qui rerū cognitione, doctrināq; delectantur, & ij qui suū negotiū gerunt otiosē: postremo ij, qui se totos tradiderunt uoluptatibus, sine amicitia uitam esse nullā sentiūt, si modò uelint aliqua ex parte liberaliter uiuere. Serpit enim nescio quomodo per omnium uitam amicitia, nec ullam ætatis degēdæ rationē patitur esse expertē sui. Quin etiam si quis asperitate eā est, & immanitate naturæ, ut congressus, & societatē hominum Timon. fugiat, atq; oderit, qualem fuisse Athenis Timonē nescio quem accepimus: tamen is pati non posſit, ut non acquirat aliquē, apud quem euomat uirus acerbatis suæ. Atq; hoc maximē iudicaretur, siquid tale posset cōtingere, ut aliquis nos deus ex hac omnium frequentia tolleret, & in solitudinem uspiam collocaret, atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam, & copiam, hominī omnino afficiendi potestatem eriperet, quis tam esset ferreus, qui eam ultam ferre posset: cuiq; non au-

non auferret fructum uoluptatū omnī solitudo? Verum ergo illud est, quod à Tarentino Archita, ut opinor, dici solitū nostros senes cōmemorare audiui, ab alijs senibus auditum: Siquis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinē syderum perspexisset, insuauem illam admirationē ei fore: que iucundissima fuissest, si aliquem cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculū annuitur, quod in amicissimo quoq; dulcissimū est. Sed cum tot signis eadē natura declareret quid uelit, ac querat, quid desideret, obfuscemus tamen nescio quomodo, nec ea, quae ab ea monemur, audimus. Est enim uarius, & multiplex usus amicitiae, multaq; causæ suspitionū, offensionūq; datur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapiētis est. Una illa subleuāda offensio est, ut & utilitas in amicitia, & fiducia retineatur. Nam & monēdi amici sēpe sunt, & obligandi: & haec accipienda amice, cum beneuole fiunt. Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terētius dixit: Obsequiū amicos, ueritas odium parit. Molesta ueritas est, siquidē ex ea nascitur odium, quod est uenēu amicitiae: sed obsequiū multò molestius, quod peccatis indulges, præcipitē amicū ferri sinit. Maxima autē culpa in eo est, qui & ueritatē aspernatur, & in fraudē obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia est: primū, ut monitio acerbitate: dēinde, ut obiurgatio cōtumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano uerbo libēter utimur) comitas adfit, assentatio ultiorum adiutrix procul amoueat: que nō modō amico, sed ne libero quidē digna est. Aliter fugiendā esse afficiationem,

N      enim

enim cū tyranno, aliter cum amico uiuitur. Cuius autem aures clausae ueritati sunt, ut ab amico uerum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitū est enim illud Cato tonis: multò melius de quibusdā acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces uideantur: illos uerum siepe dicere, hos nūquam. Atq; illud absurdum est, q; ij scilicet qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debet carere. Peccafe enim se non anguntur, obiurgari moleste ferūt: quod cōtrā oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. Ut igitur ex monere, & moneri propriū est uerae amicitiae: & alterū liberē facere, nō asperè: alterū patienter accipere, nō reu pugnāter: si habendū est, nullam in amicitijs pestem esse maiore, quam adulationē, blanditiis, assentationē: quāvis enim multis nominibus est hoc uitium notandum leuum hominum, atq; fallaciū, ad uoluptatē loquentiū omnia, nihil ad ueritatē. Cūm autē omnium rerū simulatio est uitiosa (stollit enim iudiciū ueri, idq; adulterat) tum amicitiae respugnat maximē: delet enim ueritatē, sine qua nomē amicitiae ualere nō potest. Nam cūm amicitiae uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed uarius, cōmutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deviū, q; animus eius, qui ad alterius nō modō sensum, ac uoluntatē, sed etiā uultū, atq; nutum cōuertitur? Negat quis? nego: ait? aio. Postremō imperauit egomet mihi omnia assentari, ut ait idē Terentius: sed ille sub Gnatonis persona, quod amici genus adhibere omnino levitatis est. Multi autē Gnatoniū similes, cū sint loco, fortu

Audienda est  
veritas.

Nota.

Amicitiae uis.

maiorē, quam adulationē, blanditiias, assentationē: quāvis enim multis nominibus est hoc uitium notandum leuum hominum, atq; fallaciū, ad uoluptatē loquentiū omnia, nihil ad ueritatē. Cūm autē omnium rerū simulatio est uitiosa (stollit enim iudiciū ueri, idq; adulterat) tum amicitiae respugnat maximē: delet enim ueritatē, sine qua nomē amicitiae ualere nō potest. Nam cūm amicitiae uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; semper, sed uarius, cōmutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deviū, q; animus eius, qui ad alterius nō modō sensum, ac uoluntatē, sed etiā uultū, atq; nutum cōuertitur? Negat quis? nego: ait? aio. Postremō imperauit egomet mihi omnia assentari, ut ait idē Terentius: sed ille sub Gnatonis persona, quod amici genus adhibere omnino levitatis est. Multi autē Gnatoniū similes, cū sint loco, fortu

fortuna, fama superiores, horū est assentatio molesta, cùm ad uanitatem acceſſit autoritas. Secerni autē blandus ami-  
cus à uero, & internosci tam potest, adhibita diligentia,  
quām omnia fucata, & simulata à synceris, atq; ueris. Cō-  
cio, quæ ex imperitissimis cōſtat, tamē iudicare solet quid  
interſit inter popularē, id est, assentatorem, & leuē ciuē,  
& inter constantem, ſeu uero, & grauem. Quibus blandi-  
tijs C. Papyrius consul nuper influebat in aures cōcionis,  
cūm ferret legem de Tribunis Plebis reficiendis? Difſu-  
simus nos. Sed nihil de me, de Scipione dicam libentius.  
Quanta illi (dij immortales) ſuit grauitas, quanta in ora-  
tione maiestas: ut facile ducem pop. R.o. nō comitem dice-  
res: sed affuſtis, & eſt in manibus oratio. Itaq; lex popu-  
laris suffragijs populi repudiata eſt. Atque (ut ad me re-  
deā) meministis Q. Maximo fratre Scipionis, & L. Man-  
cino consulibus, quām popularis lex de ſacerdotijs C. Li-  
ciniij Crassi uidebatur: cooptatio enim collegiorum ad po-  
puli beneficiū trāſferebatur. Atq; is primū instituit in fo-  
ruū uerſibus agere cū populo. Tamē illius uēdibile oratio  
nē religio deorū immortalium, nobis defendētibus, facile uin-  
cebat. Atq; id actū eſt prætore me, qui quenčio ante, quām  
cōſul ſim factus. Itaq; re magis, quām autoritate cauſa illa  
defenſa eſt. Quod si in ſcena, id eſt in cōcione, in qua re-  
bus fictis, & adumbratis loci plurimum eſt, tamen uerum  
ualet, ſi modō id patet factum, & illustratū eſt: quid in ami-  
citia fieri oportet, quæ tota ueritate perpenditur? In qua  
niſi (ut dicitur) aperī pectus uideas, tuumq; ostendas, ni-  
hil fidum, nihil exploratum habeas: ne amare quidem, aut  
amari poſſis, cū id, quām uerē fiat, ignores. Quām iſta

Papyrius

48

Scena.

N 2 affen

assentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamē nemini potest, nisi ei, qui eā recipit, atq; ea delectatur. Itaq; sit, ut is Assentationem datur, qui ipse assentoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi sibi assentatur, & se maximē ipsi delectet. Omnino est amās sui uirtus, optimē enim seipsa nouit, quamq; amabilis sit intelligit. Ego autē nō de uirtute nūc loquor, sed de uirtutis opinione. Virtute enim ipsa nō tā multi prædicti esse, quam uideri uolunt. Hos delectat assentatio his fictus ad eorum uoluptatem sermo cū adhibetur, orationē illam uanam, testimoniu[m] esse laudū suarū putant. Nulla est igitur hæc amicitia, cūm alter uerū audire nō uult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorū in comedijis assentatio nobis faceta uideretur, nisi essent milites glorioſi. Magnas uero agere gratias Thais mihi? Satis erat responde re, magnas: ingentes, inquit. Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult esse magnum. Quamobrē quamvis blāda ista uanitas apud eos ualeat,

**Nota.** qui ipſi illā allectant, & inuitāt, tamē etiā grauiores, constantioresq; admonēdi sunt, ut animaduertant, nec callida assentatione capiātur. Aperte enim adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum est excors. Callidus ille, & occultus ne se insinuet, studioſe cauendum est: nec enim facile agnoscitur, quippe qui etiam aduersando ſepe affentetur: & litigare ſe ſimulās, blandiatur, atq; ad extreum det manus, uinciq; ſe patiatur, ut is, qui illius ſit, plus uicisse uideatur. Quid autē turpius, quam illudi? Quid ne accidat, magis cauendum est, ut in Epicureo:

42 Hodie me ante omneis coamicos stultos fenes  
Versaris, atq; lufseris lautissimè.

Hec

Hæc etiā in fabulis stultiſima persona eſt improuidorū,  
et credulorum ſenum. Sed nescio quo pacto ab amicitijs  
perfectorū hominū, id eſt ſapiēntū (de hac dico ſapiēntia,  
que uidetur in hominem cadere poſſe) ad leues amicitias  
defluxit oratio. Quamobrē ad illa prima redeamus, eaq;  
ipsa cōcludamus aliquādo. Virtus, inquam, C. Fāni, & tu  
Q. Muti, & cōciliat amicitias, et cōſeruat. In ea eſt enim  
cōuenientia rerū, in ea ſtabilitas, in ea cōſtantia. Que cū  
ſe extulit, & oſteſdit lumen ſuum, & idem aſpexit, agno-  
uitq; in alio, ad id ſe admouet, uiciſimq; accipit illud, qd'  
in altero eſt: ex quo eorum ex ardeſcit ſiue amor, ſiue ami-  
citia: utrūq; enim dictū eſt ab amando. Amare autē nihil  
aliud eſt, niſi eum iſpsum diligere, quem ames, nulla indi-  
gentia, nulla utilitate quaſita. Que tamen ipsa efflorefcit  
ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis. Hac nos  
adolescentes benevolentia ſenes illos L. Paulum, M. Ca-  
tonem, C. Gallū, P. Naficam, T. Gracchum Scipionis no-  
stri ſocerū dilexiſimus. Hæc etiā magis elucet inter equa-  
les, ut inter me, & Scipionē, L. Furium, P. Rutilium, Sp.  
Mummium. Viciſim autē ſenes in adolescentiū charitate  
acquiesciſimus, ut in uestra, & in Q. Tuberroniſ equidem  
admodum adolescentis, & P. Rutilij Virginij familiarita-  
te delector. Quandoquidem enim ita ratio comparata eſt  
uitæ, naturæq; noſtræ, ut alia etas oriatur ex alia, maxi-  
mè quidē optandum eſt, ut cū equalibus poſſis uiuere, qbus  
cum tanquā ē carceribus emiſſus, cū iſſdē ad calcem (ut di-  
citur) peruenire poſſis. Sed quoniā res humanæ fragiles,  
caducæq; ſunt, ſemper aliqui acquirēdi ſunt, quos dilig-  
amus, et a quibus diligamur. Charitate enim, benevolentiaq;

ſubla

N 3

Epilog⁹ dispu-  
tationis de ami-  
citia.Virtus conſ-  
tituit amicitias,  
& conteruat.

Quid ſit amore.

sublata, omnis est è uita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quanquā est subitò erexit, uiuit tamen, semperq; uiuet. Virtutē enim semper amau illius uiri, quæ extincta non est: nec mihi soli uersatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiā posteris erit clara, et insig-  
nus. Nemo unquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memorā, atq; imaginē præponendā putet. Evidē ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut na-  
tura tribuit, nihil habeo, quod cū amicitia Scipionis pos-  
sit comparari. In hac mihi de repub. fuit cōsensus, in hac  
rerū priuatarum cōsilium, in eadē requies plena oblecta-  
tionis fuit: nunquam illum ne minima quidem re offendī,  
quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nol-  
lem. Una domus erat, idem uictus, isq; cōmuni: neq; solū  
militia, sed etiā peregrinationes, rusticationesq; commu-  
nes. Nam quid ego de studijs dicam cognoscendi semper  
aliquid, atq; discendi? in quibus remoti ab oculis populi  
omne ocū, tēpusq; contriuimus. Quarū rerū recordatio,  
et memoria, si una cum illo occidisset, desiderium coniū-  
ctissimi uiri, atq; amati simi ferre nullo modo possem. Sed

**Nota.** nec illa extincta sunt, alunturq; potius, et augentur co-  
gitatione, et memoria. Et si illus planè orbatus esset, ma-  
**Nota.** gnus tamē afferret mihi atas ipsa solatium: diutius enim  
in hoc desiderio esse non possum. Omnia autem brevia,  
tolerabilia esse debent, etiā si magna sint. Hæc habui de  
amicitia, quæ dicerem. Vos autem hortor, ut ita uirtutem  
locetis (sine qua amicitia esse non potest) ut ea excepta,  
nil amicitia præstabilius esse putetis.

M A R C I T U L L I I C I C E R O N I S  
Lælij, seu de Amicitia, finis.

# M· T V L · C I

CERONIS CATO MAIOR,  
seu de Senectute, ad T. Pomponium  
Atticum Praefatio.



Tite, siquid ego adiuto, curam ue  
leuaſo,  
Quæ nunc te coquit, ex uerſat ſub  
pectore fixa,  
Et qua deprimeris, ecquid erit  
pretij?  
Licit enim uerſibus eisdem mihi affa  
ri te Attice, quibus affatur Flaminium ille uir haud ma  
gna in re, ſed fidei plenus: quanquam certò ſcio, non ut  
Flaminium ſolicitari te Attice, ſic noctes, diesq;. Noui  
enim moderationem animi tui, et aequitatem: teq; non <sup>1</sup> ~~tu~~ <sup>2</sup> ~~qui~~ <sup>3</sup> ~~coram~~ <sup>4</sup> ~~scav.~~  
cognomen ſolum Athenis deportaffe, ſed humanitatem  
etiam, et prudentiam intelligo. Et tamen uifcor iſdem  
rebus te, quibus meipſum interdum, grauius commoueri:  
quarum cōſolatio et maior eſt, et in aliud tempus diſfe  
renda. Nunc autem mihi uifum eſt de ſenectute aliquid  
ad te ſcribere: hoc enim onere (quod mihi tecum cōmu  
ne eſt) aut iam urgentis, aut certè aduentantis ſenectu  
tis et te, et meipſum leuari uolo: et ſi te quidem id mo  
deste, ac ſapienter, ſicut omnia, et ferre, et laturum eſſe  
certò ſcio. Sed mihi cū de ſenectute aliquid uellem ſcribe  
re, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterq; noſtrum  
cōmuniter ueteretur. Mihi quidem ita iucunda huius libri

N 4 conf

200 M. T. CIC. CATO MAIOR,

*litteras*  
confectio fuit, ut non modò omnes abstenserit senectutis molestias, sed efficerit mollem etiam, & iucundam senectutem. Nunquam igitur satis laudari dignè poterit philosophia, cui qui pareat, omne tēpus ætatis sine molestia possit degere. Sed de cæteris ex diximus multa, & sape dicemus. Hunc uero librum de Senectute ad te misimus.

Tithonus.  
Aristo Chius.  
Omnem autem sermonē tribuimus non Tithono, ut Aristo Chius, ne parum esset autoritatis tanquam in fabula:

Personarum dignitas additio. Apud quem Lælium, & Scipionem fecimus admirantes, quod is tam facile senectutem ferat, ijsq; eum respondentem. Qui si eruditius uidetur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attributo Græcis litteris, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura? Iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

Eras. Roter. perlecta hoc lib. à Sen. DIALOGVS.

dixit: Vix me con. P. SCIPIO, C. LAELIVS, ET CATO  
timeo, quin exclamem, iudicem INTERLOCVTORES.

Cicero ora p. nobis. B. Lith. in

SCIPIO.

Collon. § 330.  
Schleswigburg. A. Thiele,  
q. a. Catv. h. 3. p. 55  
Educi. in Censor. Rel.,  
gjof



Aepenumerò mirari soleo cum hoc C. Lelio tum cæterarū rerum tuā excellentē M. Cato, perfectamq; sapientiā, tū uel maximè quod senectutē tuā nunquā tibi graue esse senserim. Que plerisq; scriibus sic odiosa est, ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. C A T O. Rē haud sanè Scipio, & Læli difficile admirari uidemini. Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene, beateq; uiuendū, ijs omnis grauis est ætas: qui autē omnia bona à seipsis petunt, ijs nihil

nihil potest malū uideri, quod naturæ necessitas affrāt.

*Quo in genere in primis est senectus, quam ut adipiscan Nota-*

*tur, omnes optant, eandē accusant adeptam: tanta est incō-*

*stāntia, stultitia, atq; peruerſitas. Obrepere aiunt eam ci- Epiphonemz,*  
*tius, quām putassent. Primum, quis coēgit eos fālsum pu- Obrepit o intelleca*  
*tare? Qui enim citius adolescentiæ senectus, quām pueri- fēcētq; Juvenalis faty.*

*tie adolescentia obrepit? Dēinde, qui minus grauis effet 9. p. 82.*

*ijs senectus, si octingentesimum annum agerent, quām si*

*octogesimum? Præterita enim etas, quamvis longa, cum*

*effuxiſet, nulla consolatione permulcere posset stultam Cato sapiens*

*senectutem. Quocirca si sapientiam meam admirari so- dicebatur.*

*letis (quæ utinam digna effet opinione uestra, nostroq; 7*

*cognomine) in hoc sumus sapientes, quod naturam opti- emū bīdō.*

*mam ducem tanquam deū sequimur, etq; paremus. A qua*

*non ueri simile est, cūm ceteræ partes etatis bene descri-*

*pae sint, extrellum actum, tanquam ab inerti poëta esse*

*neglectum. Sed tamen necesse fuit esse aliquod extre-*

*num, et tanquam in arborum baccis, terræq; frugibus*

*maturitate tempestiuæ, quasi uictum, et caducum: quod*

*ferendum est molliter sapienti. Quid enim est aliud, gi-*

*gantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? 8*

*bellare. ~*

*L A E L I V S. Atqui Cato gratissimum nobis, ut etiam*

*pro Scipione pollicear, feceris, si (quoniam uolumus, et*

*speramus quidem senes fieri) antè multò à te didiceri= 9*

*mus, quibus facilimè rationibus ingrauescentem etatem*

*ferre possumus. C A T O. Faciam uero Læli, præserim si*

*utriq; uestrum gratum (ut dicas) futurum est. S C I P I O.*

*Volumus sanè (nisi molestum est Cato) tanquam aliquam*

*uiam longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendum*

N 5 sit

**Prouerbium.** sit istuc, quò peruenisti, uidere quale sit. C A T O. Faciā ut potero Læli. Sæpe enim interfui querelis meorū æqua lium: pares autem cū paribus, veteri prouerbio facillimè congregantur. Quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus homines consulares, nostri ferè æquales, deplorare solebant: tum quòd uoluptatibus carerent, sine quibus uitam nul lam putarent, tum quòd sperneretur ab ijs, à qbus essent coli soliti. Qui mihi non uidebantur accusare id, quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usū euenirent, reliquisq; omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela: qui se à libidinum uinculis laxatos esse non mo leste ferrent, nec à suis despicerentur: sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, nō in ætate. Mo derati enim, & non difficiles senes, nec inhumani, tolerabili agunt senectutem. Importunitas autem, & iu

**In moribus est culpa, non in ætate.** metonymia adiuncta, ut manitas omni etati molesta est. L A E L I V S. Est ut diuersi actionium propositi, sive operis, l. e. impo rtis, Cato: sed fortasse dixerit quispiam tibi propter opes, huius de inhumani locis, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem senectutem uideri: id autem non posse multis contingere. C A T O. Est istud quidē Læli aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia: ut Themistocles ferunt Seriphio cuidam in iuramento respondisse, cùm ille dixisset, non cum sua, sed patriæ riphiū quæda.

11 gloria splendorem assecutum: Nec hercle, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis: nec si tu Atheniensis esses, clausus unquam fuisses. Quod eodem modo de senectute possit dici. Neque enim in summa inopia levius esse seneculus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia non grauis. Aptissima omnino sunt Scipio, & Læli arma

arma senectutis, artes, exercitationesq; uirtutum: quae in Senectutis  
omni etate cultæ, cum multum, diuq; uixeris, mirificos arma.  
 afferunt fructus, non solum quia nunquam deserunt, ne  
 in extremo quidem tempore etatis (quoniam id maximum est) uerum etiam quia conscientia bene actæ uite,  
 multorumq; beneficiorum recordatio iucundissima est.

Ego quidem Q. Maximum cum, qui Tarentum recepit, <sup>12</sup> Q. Fabij  
 adolescentis ita dilexi senem, ut aequalem. Erat enim in illo

uero comitate grauitas condita, nec senectus mores mutauerat.

Quoniam cum colere coepi non admodum gran-  
 dem natu, sed tamen iam etate proiectum. Anno enim  
 post, quam primum consul fuerat, ego natus sum, cumq;  
 eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum

ad Capuam, quintoq; anno post ad Tarentum questor, <sup>13</sup> Capua Apu-

deinde aedilis, quadriennio post factus sum prætor: quem

magistratu gesi cōsulibus Tuditano, & Cethego. Tum

quidem ille admodum senex suasor legis Cintiae de donis

& muneribus fuit. Hic & bella gerebat ut adolescentis,

cum planè grandis esset: & Annibalem inueniliter exula-

tantem patientia sua molliebat. De quo preclarè familia

ris noster Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem. <sup>Cunctator</sup>

Non ponebat enim rumores ante salutem. <sup>Fabius.</sup>

Ergo postq; magisq; uiri nunc gloria claret.

Tarentum uero qua uigilantia, quo consilio recepit?

Cum quidem me audiente Salinatori, qui amissus oppido

fugerat in arcem, glorianti, atque ita dicenti: Mea opera

Fuga Salina- toris.

Q. Fabi Tarentum recipisti: Certè inquit ridens: nam

nisi tu amissus, nunquam recipissim. Nec uero in armis

præstan

**κάρας ἐν  
διωροῖς.**

**I Socrates scri-  
psit Panathe-  
naicum.**

præstantior, quām in toga: qui cōsul iterum Sp. Caruilio collega quiescēt, C. Flaminio tribuno plebis quoad po=tuit restitut, agrum Picenum, & Gallicum uiritim contra senatus autoritatem diuidenti. Augurq; cūm esset, dicere ausus est optimis auspicijs ea geri, quæ pro reipu. salute fierent: quæ contra rempub. fierent, contra auspicia fieri. Multa præclara in eo qiro cognoui, sed nihil est admirabilius, quām quomodo ille mortem M. filij tulit clari uiri, & consularis. Est in manibus uiri laudatio, quam cūm legimus, quem philosophorum non cōtemnimus: nec uero ille in luce modò, atq; in oculis ciuium magnus, sed itus, domiq; præstātor. Qui sermo? quæ precepta quāta notitia antiquitatis: quæ sciētia iuris augurandi: multa etiam, ut in homine Romano, literæ: omnia memoria te=nebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. Cuius sermone ita cupide fruebar, quasi iam diuinarem id, quod euenit, illo extinclo, unde discerem, fore neminem. Quorsum igitur tam multa de Maximo ?. Quia profecto uidetis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse Scipiones, aut Maximus: ut urbiū expugnationes, ut pedestres, naualesq; pugnas, ut bella à se gesta, triumphosq; recordētur. Est enim quietè, & pure, & eleganter actæ aetatis placida, ac lenis senectus: qualem accepimus Platonis, qui uno, & octogesimo anno scribens mortuus est. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto, & nonagesimo anno scripsisse dicitur, uixitq; quinquenniū postea: cuius magister Leontinus Gorgias centū, & septem cōpleuit annos: neq; unquā in suo studio, atq; opere cessa=nit

uit. Qui cùm ex eo quereretur, cur tam diu uellet esse in  
uita: Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutē. Præcla-  
rum refpōsum, et docto homine dignum. Sua enim uitia  
insipientes, et suā culpam in senectutem conferunt: quod  
non faciebat is, cuius modò mentionem feci. Ennius  
(Sicut fortis equus, spatio qui sāpe supremo  
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit)  
equi fortis, et uictoris senectuti comparat suam: quem  
quidē probē meminisse potestis. Anno enim undeuigis-  
mo post eius mortē, hi cōsules T. Flaminius, et M. Atti-  
lius facti sunt: ille autē Cœpione, et Philippo iterū cōsu-  
libus mortuus est (cum ego quidē v. et LX. annos natus  
legē Voconia uoce magna, et honis lateribus suaſſem) Lex Voconia.  
annos LXX, natus: tot enim uixit Ennius. Ita autem fere-  
bat duo, quæ maxima putantur onera, paupertatē, et se-  
neſtutē, ut eis penè delectari uideretur. Etenim, quantum  
complexor animo, quatuor causas reperio, cur senectus  
misera uideatur: unam, quod auocet à rebus gerendis: al- Cū ſenectus mi-  
ſera uideatur.  
teram, quod corpus faciat infirmum: tertiam, quod priuet  
omnibus fere uoluptatibus: quartam, quod haud procul  
abſit à morte. Earū, si placet, cauſarū quantū quæq; ua-  
leat, quantumq; iusta sit unaquæq; uideamus. A rebus ge-  
rendis senectus abſtrahit? Quibus? an ijs, quæ geruntur  
iuuētute, et uiribus? Nullæ ne igitur res ſeniles ſunt, quæ  
uel infirmis corporibus, animo tamen adminiſtrentur?  
Nihil igitur agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus pater  
tuus ò Scipio, ſocerq; filij mei uiri optimi? Et ceteri ſe-  
nes, Fabricij, Curij, Corucani, cùm remp. cōſilio, et auto-  
ritate defendebāt, nihil agebant? Ad Appij Claudijs ſene-  
ctutem

Prima uitope-  
ratio ſenectutis  
Senectutem im-  
pedimento nō  
eſſe rebus ge-  
rendis.

**Appius cœcus.** Etutem accedebat etiā ut cœcus esset: tamē is cū sentētia se  
natus inclinaret ad pacē, et foedus faciēdū cū Pyrrho, nō  
dubitauit dicere illa, quæ uersibus persecutus est Ennius:  
Quò uobis mentes, recte quæ stare solebant  
Antehac, dementi seſe flexere ruina:

Ceteraq; grauiſſimè. Notum enim uobis carmen est: et

- 17 tamen ipsius Appij extat oratio: atq; hanc ille egit septē
- 18 et decem annis post alterū consulatū, cū inter duos con-  
sulatus anni x. interfluxissent, censorq; ante consulatum  
superiorem fuisse. Ex quo intelligitur Pyrrhi bello gran-  
dem sanè fuisse: et tamen sic à patribus accepimus. Nihil  
igitur afferūt, qui in re gerēda uersari senectutē negant:
- 19 similes q; sunt, ut siqui gubernatorem in nauigādo agere  
nihil dicant, cum alij malos scandant, alij per foros cursi-  
tent, alij sentinā exhaustiant, ille autē clauū tenens sedeat  
in puppi quietus, nō faciat ea, quæ iuuenes: at uero multò

**Nota.** maiora, et meliora facit. Nō enim viribus, aut uelocitati  
bus, aut celeritate corporū res magna gerūtur, sed consi-  
lio, et autoritate, et sententia: quibus non modò non or-  
bari, sed etiam augeri senectus solet: nisi fortè ego uobis  
(qui et miles, et tribunus, et legatus, et cōſul uersatus  
sum in uario genere bellorum) cessare nunc uideor, cū  
bella non gero: at senatui quæ sunt gerēda præſcribo, et  
quomodo Carthagini male iam diu cogitāti bellū infera-  
tur multò antē denuntio; de qua non antē uereri desinā,  
quam illam excisam esse cognouero. Quā palmam utinā  
immortales dij tibi Scipio referūt, ut aui reliquias perse-  
quare: cuius à morte hic tertius, et trigesimus est annus:  
sed memoriam illius uiri excipiēt omnes anni consequen-  
tes

tes. Anno ante me censorē mortuus est, nouē annis post  
meū cōsulatum, cū cōsul iterum me consule creatus esset.  
Nū igitur si ad centesimū annū uixisset, senectutis eū suā  
pōeniteret? Nec enī excursione, nec saltu, nec emūnus ha-  
stis, aut cōminus gladijs uteretur, sed cōsilio, ratiōe, sentē  
tia. Quæ nisi essent in senibus, nō summū cōsiliū maiores  
nostri appellabāsset senatū. Apud Lacedēmonios quidē ij,  
qui amplissimū magistratū gerūt, ut sunt, sic etiā appellā  
tur senes. Quòd si legere, & audire uoletis externa, ma-  
ximas resp. per adolescentulos labefactatas, à senibus suscep-  
tas, & restitutas reperietis. Cedo, qui uestrā remp. tantā  
amisistis tam citò? sic enim percontanti, ut est in Næuij  
poëta ludo, respondentur & alia, & hæc in primis:  
Proueniebant oratores noui, stulti, adolescentuli.

Iambicus te-  
trameter.

Temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia senectu-  
tis. At memoria minuitur. Credo, nisi exerceas eam: aut Memoriam in  
etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium ciuilium | 27.  
nomina perceperat: num igitur censem eum, cum ætate  
processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare so-  
litū? Evidē non modò eos noui qui sunt, sed eorū patres  
etiā, & auos. Nec sepulchra legens uereor (quod aiunt)  
ne perdam memoriam: his enim ipsis legendis redeo in  
memoriam mortuorū. Nec uero quenquam senum audiui  
oblitum, quo loco thesaurum obruiisset: omnia, quæ cu-  
rant, meminerunt, uadimonia constituta, qui sibi, quibus 28  
ipsi debeant. Quid iurisconsulti? quid pontifices? quid  
augures? quid philosophi senes? quam multa memine-  
runt! Manent ingenia senibus, modò permaneat studiū,  
& industria. Nec ea solum in claris, & honoratis uiris,

21 Themisto-  
cis memoria.

22

sed

**Sophocles.** sed in uita etiā priuata, & quieta. Sophocles ad summam  
 24 senectutem tragœdias fecit: qui propter studium cū rem  
 familiarē negligere uideretur, à filijs in iudicium uocatus  
 est, ut quēadmodū nostro more male rem gerentibus pa-  
 tribus bonis interdici solet, sic illum, quasi desipientem,  
 à re familiarī remouerēt iudices. Tum senex dicitur eam  
 fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scrip-  
 rat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsiſſeque  
 num illud carmē desipientis uideretur. Quo recitato sen-  
 tebus gerendis, tentijs iudicū est liberatus. Num igitur hūc, num Hesio-

dum, num Simonidem, num Stefichorū, num, quos antè  
 dixi, Isocratem, Gorgiam, num Homerū, nū philosopho-  
 rum principē Pythagorā, Democritū, num Platoni, num  
 Socratem, num postea Zenonē, Cleantē, aut eum, quem  
 uos etiā Romæ uidistis, Diogenē Stoicū coēgit in suis stu-  
 dijs obmutescere senectus? An nō in omnibus ijs studiorū  
 agitatio uitæ æqualis fuit? Age, ista diuina studia omittas.  
 Poſsum nominare ex agro Sabino rusticos uicinos,  
 & familiares meos, quibus absentibus nunq̄ ferē ulla in  
 agro maiora opera fuit, nō serēdis, nō percipiendis fru-  
 ctibus, nō condendis. Quanquam in illis hoc minus mirū:  
 nemo enim est tam senex, qui se annū nō putet poſse ui-  
 uere; sed ijde laborant in eis, qua sciunt nihil ad se omni-  
 no pertinere. Serūt arbores, qua alteri seculo profint, ut

**Notā.**

**Statij duo fue-  
 runt.** Statius noster in Synephebis. Nec uero dubitet agri-  
 cola, quamuis senex, querēti cui serat, respōdere, dijs im-  
 mortalibus, qui me non accipere tantummodo à maioribus  
 uoluerunt, sed etiam posteris tradere. Melius Cæcius de-

[C. 8.] **Statius Cæci-  
 lius.** 25 sene alteri seculo proficiente, quam illud:

Aede

Aedepol senectus si nihil quicquam aliud uitij  
Apportet secum cum aduenerit, unum id est satis,  
Quod diu uiuendo multa, quae non uult, uidet.  
Et multa fortasse que uult. Atq; in ea quidem, que non  
uult, sepe etiam adolescentia incurrit. Illud uero idem 26  
Cecilius uitiosius:

Tum etiam in senecta hoc deputato miserrimum,  
Sentire ea aetate esse odiosum se alteri.

Iucundum potius, quam odiosum. Ut enim adolescentibus  
bona indole præditis sapientes senes delectantur, leuior; q;  
fit eorum senectus, qui à iuuentute coluntur, & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad  
uirtutum studia ducuntur. Nec minus intelligo me uobis,  
quam uos mibi esse iucundos. Sed uidetis ut senectus non  
modo languida, atq; iners non sit, uerum etiam sit ope-  
rosa, & semper agens aliquid, & moliens, tale scilicet,  
quale cuiusq; studium in superiore uita fuit. Quid: quod  
etiam addiscunt aliquid: ut Solonem in uersibus gloriane Solonis uersus,  
tem uidimus, qui se quotidie aliquid addiscendentem senem <sup>rephora d' aet</sup>  
fieri dicit: ut ego feci, qui Græcas literas senex didici. <sup>rephora d' aet</sup>  
Quas quidem sic audie arripui, quasi diuturnam sitim <sup>Cato senex</sup> Græcas literas  
explere cupiens, ut ea ipsa mibi nota essent, quibus me didicit, quæ  
nunc exemplis uti uidetis. Quod cum fecisse Socratem in <sup>puer cõtemples-</sup>  
fidibus audirem, uellem equidem ex illud (discabant enim  
fidibus antiqui) sed in literis certe elaborauit.

**N**ec nunc quidem uires desidero adolescentis (is enim Secunda uituper- 6.9.  
locus erat alter de uitij senectutis) no plus, quam rasio senectutis.  
adolescens eti uires tauri, aut elephatis desiderabam. Quod Senectutem hoc  
enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet: et quicq; miserā no esse.  
corpus infirmum reddat.

Milonis querimonia.

agat, agere pro viribus. Quae enim vox potest esse cōtemptior, quam Milonis Crotoniatē qui cum senex esset iā, athletasq; se in curriculo exercentes uidiceret, aspexisse lacertos suos dicitur, illachrymāq; dixisse: At hi quidē iam mortui sunt. Nō uero tam isti, quam tu ipse nugator: neq; enim ex te unq; es nobilitatus, sed ex lateribus, & laceratis tuis. Nihil Sextus Aemilius tale, nihil multis annis antē T. Coruncanus, nihil modò P. Crassus: à quibus iura ciuibus prescribātur, quorū usq; ad extreμū sp̄itū prouecta est prudētia. Orator metuo ne languescat senectus: est enim munus eius nō ingenij solum, sed laterū etiā, ex viriū. Omnino canorū illud in uoce splēdescit etiā nec scio quo pacto in senectute: quod equidē nō amisi adhuc,

27 & tamē uidetis annos meos. Sed tamē decorus est sermo senis, quietus, & remissus: facitq; psæpe ipsa sibi audiētiā diserti senis cōpta oratio, et mītis. Quod si exeq; nequeas, possis tamē Scipioni p̄cipere, & Lælio. Quid enim est iucūdūs senectute stipata studijs iuuētutis? An ne eas qdē uires senectuti relinquemus, ut adolescētulos doceat, insti-  
tuat, ad omne officiū munus instruat? Quo quidem opere quid esse potest p̄aclarius? Mibi uero C. et P. Scipiones, & aui tui duo L. Aemilius, et P. Africanus comitatu nobilium iuuēnū fortunati uidebātur. Nec ulli bonarū artiū magistri nō beati putandi, quāuis cōsenuerint uires, atq; defecerint: et si ista ipsa defectio viriū adolescētiae uitijs efficitur saepius, quam senectutis. Libidinosa etenim ex intē-

Nota.  
Cyri senilis for  
titudo.

perans adolescētia effectū corpus tradit senectuti. Cyrus autē apud Xenophontē eo sermone, quē moriēs habuit,  
cū adinodām senex esset, negat se unquā sensisse senectu-  
tem

tem suam imbecilliores factum, quam adolescentia fuisse. Ego L. Metellum memini puer, qui cum quadriennio post alterum consulatum potius maximus factus esset (XXII annos ei sacerdotio praefuit) ita bonis viribus esse in extremitate tempore etatis, ut adolescentiam non requireret. Nihil necesse est de meipso dicere mihi, quamquam est id quod dare senex qui de senile, etatiq; nostrae coedetur. Videlicet ut apud Homerus Nestoris merum sapientissime Nestor de virtutibus suis predicitur. Terquam etiam enim iam etate hominum uixerat, nec erat ei uerenus. Scipium laudabile necesse est de meipso dicere mihi, quodnam est id quod dare senex qui de senile, etatiq; nostrae coedetur. Videlicet ut apud Homerus Nestoris merum sapientissime Nestor de virtutibus suis predicitur. Terquam etiam enim iam etate hominum uixerat, nec erat ei uerenus. Hoc primo, dum ne uera de se predicans nimis uideretur aut insolens, rursum aut loquax. Et enim (ut ait Homerus) ex eius lingua melle oris dulcior fluebat oratio, quam ad suavitatem nullis egebat luxurianus spiritus corporis viribus: et tam illus dux Graeciae nuncquam optat auctoritatem, ut Aiaci similes decem habeat, at ut Nestoris quandoque. Decem Nestoris similes optat. Quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troia sit periculum Agamemnon futura. Sed redeo ad me. Quartum annum ago, et octogesimum, quidam ueribus, equidam posse uellem idem gloriari quod Cyrus: sed hoc non possem, tamen hoc quoque dicere, non me quidem his esse viribus, rursum aut miles Punico bello, aut questor in eodem bello, rursum aut miles Romanus, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post, cum triuimus alios bunus militaris depugnauis apud Thermopylas M. Attilio uero omnium glabrone consule: sed tamen, ut uos uidetis, non planè ueres. Nonne ame eneruauit, non afflixit senectus, non curia uires meas haud, sed me desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. rursum non ueris. Nec enim unquam sum assensus illi veteri, laudatoque puer, non nisi prius uobis, quod monet mature fieri senem, si diu uelis esse senex. Nonne. Ego uero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem sibi non uerem antea, quod essem. Itaque nemo adhuc conuenire me ualuit, quin proponerem vobis, que fui occupatus. At minus habeo virium, quod uestrum uiterem possum.

O z uis

T. Pontij, 29 uis. Nec uos quidem T. Pontij centurionis uires habetis.  
robur.

Num idcirco ille est præstantior uobis? Moderatio mo-  
dò uirium adsit, & tantum quantum quisq; potest, nitatur:  
nec ille magno desiderio tenebitur uirium. Olympiæ  
per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris su-  
sineret bouem uiuum: igitur has corporis, an Pythagoræ  
tibi malis uires ingenij dari? Denique isto bono utare  
dum adsit, cum absit ne requiras: nisi fortè adolescentes  
pueritiam, paululum etate progreſſi adolescētiam debeat  
requirere. Cursus est certus etatis, & uia una naturæ,  
eaq; simplex: sua cuiq; parti tempestivitas est data. Ut

Maturitas se- enim infirmitas puerorum est, & ferocitas iuuenum, &  
nectutis. grauitas iam constantis etatis: sic senectutis maturitas na-  
turale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.

Masiniſſa rex Arbitror te audire Scipio, hospes tuus Masiniſſa qua fa-  
Mauritanicæ. ciat hodie nonaginta annos natus: cum ingressus iter pe-  
dibus sit, in equum omnino non ascendere: cum equo, ex  
equo non descēdere: nullo hymbre, nullo frigore adduci  
ut capite operto sit: summam in eo esse corporis siccitatē:  
itaq; exequi omnia regis officia, & munera. Potest igit-  
tur exercitatio, & temperantia etiam in senectute cōser-  
uare aliquid pristini roboris. Nō sunt in senectute uires.  
Ne postulantur quidem uires à senectute. Ergo & legi-  
bus, & institutis uacat etas nostra muneribus ijs, que nō  
possunt sine uiribus sustineri. Ita non modò quod non  
possimus, sed ne quantum possumus quidem cogimur.  
At ita multi sunt imbecilles senes, ut nullum officij, aut  
30 omnino uitæ munus exequi possint. At id quidē nō pro-  
prium senectutis est uitii, sed cōmune ualetudinis. Quām  
fuit

fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptauit: quām  
tenui, aut nulla potius ualeitudine? Quod nisi ita fuisset,  
alterum ille extitisset lumen ciuitatis. Ad paternam enim  
magnitudinem animi, doctrina uberior accesserat. Quid  
mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquādo, cū ne  
id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum Docimēta ad  
Laeli, & Scipio senectuti est, & eius uitia diligētia\* com- resistendum se-  
pensanda sunt. Pugnandum tanquam cōtra morbum est, \*als, corri- necuti.  
sic contra senectutem. Habenda ratio ualeudinis: utene genda  
dum exercitationibus modicis. Tantum cibi, et potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Nec  
uero corpori soli subueniendum est, sed etiam menti, atq;  
animo multò magis: namq; haec quoq; nisi tanquam lu- 31  
mini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora  
quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescūt: ani- Corpus exer-  
mi autem se exercendo leuantur. Nam quos ait Cæcilius  
comicus stultos senes, hos significat credulos, obliuiosos,  
dissolutos: quæ uitia sunt non senectutis, sed inertis, igna-  
uae, somniculosæ senectutis. Ut petulantia, ut libido ma-  
gis est adolescentum, quād senum, nec tamen omnium ado-  
lescentum, sed nō proborum: sic ista senilis stultitia (quæ  
deliratio appellari solet) senum levium est, non omnium. Deliratio. ¶  
Quatuor robustos filios, & filias quinq; tantam domū, Appius tacu.  
tantas clientelas Appius regebat & senex, & cæcus. In-  
tentum enim animum tanquā arcum habebat, nec langue  
scens succumbebat senectuti. Tenebat non modò autoritatem, sed etiam imperium in suos, metuebant eum serui,  
uerebatur liberi, charum omnes habebant: uigebat in ea  
domo patrius mos, & disciplina. Ita enim senectus hone-  
sta est,

sta est, si se ipsa defendit, si ius suū retinet, si nemini mancipata est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Ut enim adolescentem, in quo senile aliquid, sic se nem, in quo adolescentis probi est aliquid, laudamus: quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit.

*Originū libri  
et Catone scripti.*

Septimus nubi Originum liber est in manibus: omnia antiquitatis monumēta colligo: a usurum illustrium qua-

cunq; defendi, nunc quam maximē conficio orationes. Ius augurum, pontificum, ciuile tracto: multū etiam Græcis

Pythagoreorū literis utor: Pythagoreorumq; more, exercende memo-

*Büfag in Vividario  
ca. 3. pag. 146.*

ria gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, ege-

rim, commemoro uesteri. Haec sunt exercitationes ingenij, haec curricula mentis. In his desudans, atq; elaboras, cor-

poris uires non magnopere desidero. Adsum amicus, ue-

nio in senatum frequens, ultrōq; afferro res multū, et diu cogitas, easq; tueor animū, non corporis uiribus.

Quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus meus obles-

etaret ea ipsa cogitantem, quæ iam agere non possem: sed ut possum facit acta uita. Semper enim in istis studijs, labo-

ribusq; uiuenti nō intelligitur quando obrepat senectus.

Ita sensim sine sensu atas senescit: nec subiō frangitur,

sed diuturnitate extinguitur.

C.12. *Tertia uituperatio senectutis.*  
Senectutē mi-  
feram nos esse,  
quod priuer uo-  
luptatibus.

*Oratio Architae  
contra uolu-  
ptatem.*

*S*equitur tertia uituperatio senectutis, quod eam ca-  
rere dicunt uoluptatibus. O præclarum munus etaz-  
teram nos esse, quid aut nobis, quod est in adolescen-  
tia uitiosissimum. Accipite enim optimi adolescentes  
ueterem orationem Architæ Tarentini, magni in pri-  
mis, et præclari uiri: quæ mihi tradita est cum essem  
adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capia-  
tatio

taliorem pestem, quam corporis uoluptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius uoluptatis auida libidines temere, & effrenatè ad potius uoluptatem incitarentur. Hinc patræ proditores, hinc rerum publicarum euerstiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci dicebat: nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suceptiendum non libido uoluptatis impelleret: supra uero, adulteria, & omne flagitium nullis alijs illecebris excitari, nisi uoluptate. Cumq; homini siue natura, siue quis deus nihil mente prestatilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum, quam uoluptatem. Nec enim libidine dominante temperatia locum esse omnino, nec in uoluptatis regno uirtutem posse consistere. Quod quò magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat, tanta incitatum uoluptate corporis, quanta percipi posset maxima: nemini cœrebant fore dubium, quin tandem dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil tam detestabile, tamq; pesiferum, quam uoluptatem. Si quidem ea cum maior esset, atq; longior, omne animi lumen extingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite, patreq; eius, à quo in Caudino prælio P. Posidumius, & T. Veiturius consules superati sunt, locutum Architam Nearchus Tarentinus hospes noster, qui in amicitia populi Rom, permäserat, se à maioribus natu accepisse dicebat: cum quidem ei sermoni intersuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum uenisse L. Aemilio, Appio Claudio consulibus reperio. Quorsum hæc ut intelligatis si uoluptatem aspernari ratione, & sapientia non possumus, ma-

Menti uoluntas inimica.

32

gnam

Plato quo tempore Tarentum uenerit.

**F**abricius. *gnam habendam senectuti gratiam, quæ efficeret ut non libèret, quod non oporteret. Impedit enim cōsiliū uolu-*  
*ptas rationi inimica, ac mentis (ut ita dicam) perstringit oculos, nec habet ullum cum uirtute commercium. Inuitus quidem feci, ut fortissimi uiri T. Flaminij fratrem L.*

**D**etestabile sc̄e Flaminium à senatu ejacerem septē annis pōst, quām consilio factū ob uoſul fuisse: sed notandam libidinem putau. Ille enim cūm luptatem. 33 effet consul in Gallia, exhortatus est in cōuiuio à sc̄erto,

**34** *ut securi feriret aliquē eorum, qui in uinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo censore (qui proximus ante me fuerat) elapsus est: nubi uero, & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cum probro priuato cōiungeret imperij decus. Sepe à maioribus natu audiui, qui se porrō pueros*

**F**abricius. *à senibus audiuisse dicebāt, mirari solitum C. Fabricium, quod quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset*

**P**yrrhus. *a Theſalo Cynea Athenis quendam esse, qui se sapientē profiteretur, eumq; dicere, omnia, quæ faceremus, ad uoluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes, M. Curius, & Titum Coruncanū optare solitos, ut id Samnitibus, ipsiq; Pyrrho pſuaderetur, quòd facilius uinci posſent, cūm se uoluptatibus dedidissent. Vixerat M. Curius*

**P. Decius se p̄cep. deuouit.** *cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulē se pro repub. quarto consulatu deuouerat. Norat eundem Fabricius, norat Coruncanus: qui tum ex sua uita, tum ex eius (quem dico) P. Decij facto iudicabant esse profectū aliquid natura pulchrum, atq; praeclarum, quod sua spon te peteretur, quodq; spreta, & contempta uoluptate optimus quisq; sequeretur. Quorsum igitur tam multa de uoluptate?*

luptate? Quia non modo uituperatio nulla, sed etiā summa laus senectutis est, quod ea uoluptates nullas magnopere desiderat. Caret epulis, extractisq; mensis, ex frequentibus poculis: caret ergo uinolētia, cruditate, & insomnijs. Sed si aliquid dandū est uoluptati (quoniā eius blandicijs nō facile obſiſlimus: Diuinus enim Plato *escam* malorum uoluptatē appellat, quod ea uidelicet homines capiantur, ut hamo pisces) quanquam immoderatis epulis careat senectus, modicis conuiujs tamen potest deleſtari. C. Duillum M. filium, qui Pēnos primus claſſe deuicerat, redeuntem à cœna ſenem ſepe uidebam puer: delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exempli priuatus ſumpferat: tantum licetiae dabat gloria. Sed quid ego alios ad meipſum iam reuertor. Primum habui ſodalitatem, ſemper ſodales. Sodalitatem autem me quæſtore constituta fuſt, ſacris Idaeis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cū ſodalibus omnino modicè. Sed erat tamen quidā feruor etatis: qua progrediēt, omnia fiunt etiam in dies mātiora. Neq; enim ipſorum conuiuitorum delectationem corporis uoluptatibus magis, quam coetu amicorum, & sermonibus metiebar. Bene enim maiores nostri accubationem epularē amicoru, quia uitæ coniunctionem habent, coniuum. Quare dicatur ret, coniuum nominarunt melius, quam Græci: qui hoc idem tum compotationem, tum concenationē uocant: ut ſūdētavop. quod in eo genere minimū eſt, id maxime probare uideātur. Ego uero propter sermonis delectationē tempestiuſis conuiujs delector, nec cū aequalibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum uesta etiam etate, atq; uobifcū: habeoq; ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis

O 5 audita

auuditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant (ne omnino bellum indixisse videar uoluptati, cuius est etiā fortasse quidam naturalis modus), non intelligo, ne in istis quidem uoluptatibus ipsis, care re sensu senectutem. Me uero & magisteria delectant à

<sup>37</sup> maioribus instituta: ex sermo, qui more maiorū à sum-

<sup>et p̄t̄d̄p̄</sup> mo adhibetur magistro in poculo: et pocula, sicut in sym-  
χ'ia. posio Xenophontis, minuta, atq; rorantia: & refrigerat Xenophontis tio aestate, & uicissim hyeme aut sol, aut ignis hybernus. cynopolum.

Que quidē in Sabinis etiam persequi soleo, cōuiuumq; uicinorum quotidie com; leo: quod ad multam noctem quam maxime possumus, uario sermone producimus. At non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Creedo, sed ne desideratio quidem. Nihil autem molestum,

Pulchra Sopho quod non desideres. Bene Sophocles, cūm ex eo quidam. dis responso.

iam confecta aetate quereret, uteretur ne rebus Venereis, Dij meliora inquit: libeter uero istinc, tanquam à domino agresti, ac furioso profugi. Cupidis enim rerum talium odiosum, & molestum est fortasse carere: satiatis uero, et expletus iucundius est carere, quam frui. Quanquam non caret is, qui non desiderat: ergo non desiderare dico esse iucundius, quam frui. Quod si ipsis ipsis uoluptatibus bona aetas fruitur, libertius primū paruulus fruitur rebus, ut dimicimus: deinde ijs, quibus senectus, si etiam nō abunde potitur, nō omnino caret. Ut Turpione Ambiuio magis de-

Cavea, <sup>stuprata</sup> lectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamē etiā qui in ultima: sic adolescentia uoluptates propè intuens,

<sup>38</sup> magis fortasse letatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt.

sunt, animum tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambi  
tionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, pendia.  
secum esse, secumq; (ut dicitur) uiuere? Si uero habet se= <sup>39</sup> Prouerbium,  
nec tu aliquod tanquam pabulum studij, atq; doctrinæ, nihil  
est ociosa senectute iucundius. Mori uidebamus in studio Senectutis uola  
dimetiendi penè coeli, atq; terræ C. Gallum familiarē pa  
tris tui Scipio. Quoties illū lux noctu aliiquid describere Senes audiosi,  
ingressū, quoties nox oprescit cū cœpisset mane? Quām <sup>Gallus astrolo</sup>  
delectabatur cūm defectiones solis, & luna multò nobis <sup>gus.</sup>  
ante prediceret? Quid in leuioribus studijs, sed tamē acu  
tis? quām gaudebat bello suo Punico Nævius? quām Tru  
culento Plautus? quām Pseudulo? Vidi etiam senem Li= <sup>Livius Andro</sup>  
niūm, qui cūm septem annos antē, quām ego natus sum fa  
bulam \*edidisset Cethego, Tuditanoq; consulibus, usque \*docuisset, le  
ad adolescentiam meam proceſſit ætate. Quid de P. Lici= git <sup>40</sup> Gazz.  
nij Crassi & pontificij, & ciuilis iuris studio loquar? aut  
de huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maxi  
mus factus est? Atqui eos omnes, quos commemoraui, his  
studijs flagrantes senes uidimus. M. uero Cethegum, quē <sup>Suadæ medul</sup>  
recte Suadæ medullam dixit Ennius, quanto studio exer= <sup>la M. Cethagus</sup>  
ceri in dicendo uidebamus etiam sencim: Quæ sunt igitur  
epularum, aut ludorum, aut scortorum uoluptates cū his  
uoluptatibus comparande? Atq; hæc quidem studia sunt  
doctrinæ, quæ quidem prudentibus, & bene institutis <sup>Solonis dictū,</sup>  
pariter cum ætate crescunt: ut honestum illud Solonis fit, <sup>41</sup> ἡγέρσκω  
quod ait uerſiculo quodā (ut antē dixi) senescere se mul  
ta in dies addiscētem: qua uoluptate animi nulla certè po <sup>διδακτούσθε</sup>  
test esse maior. Venio nūc ad uoluptates agricolarū, qui= <sup>Agriculturæ</sup>  
bus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur  
senectute

senectute, et nūhi ad sapientis uitam proximè uidentur accedere. Habent enim rationē cum terra, quæ nunquam recusat imperiū, nec unquam sine usura reddit quod accipit, sed aliās minore, plerūq; maiore cum fœnore. Quanquam non modò fructus quidem me, sed etiā ipsius terrae uis, ac natura delectat: quæ cùm gremio mollito, ac subacto semen sparsum exceptit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata est: deinde tepefactum uapore, et complexu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo uiriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoq; erecta, geniculato uaginis iam quasi pubescens includitur. Et quibus cùm emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, et contra auium minorum morum munitur uallo aristarum. Quid ego uitium satus, ortus, incrementa commemorem? Sa-

\*Requietem tixi delectatione non possum, ut meæ senectutis \* re legit Priscia quietem, oblectamētumq; noscatis. Omutto enim uim ipsam omnium quæ generatur è terra, quæ ex fici tantulo gra-

nō, aut ex acino uinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut

stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramosq; procreet: malleoli, plantæ, sarmenta, uites, traduces, propagines, non' ne ea efficiunt, ut quenauis non sine admis-

ratione delectent? Vitis, quæ natura caduca est, et nisi

Claviculi. fulta sit ad terram fertur: eadem, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus quicquid est nacta cōpletebitur: quam serpentem multiplice lapsu, et erratico, ferro amputans coērcet ars agricolarum, ne sylvestrat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Itaq; incūte uere in ijs, quæ

relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorū ea,

que

quæ gemma dicitur, à qua oriens uua fœse ostendit, quæ Gemma,  
 & succo terræ, & calore solis augescens primò est per=  
 acerba gustu: deinde maturata dulcescit, uestitaq; pampi=  
 nis nec modico tempore caret, & nimios solis\* defendit ar \*defugit, lea=  
 dores. Qua quid potest esse tum fructu lètius, tum aspe= git Gaza.  
 Etu pulchrius: cuius quidem nō utilitas me solūm (ut antè  
 dixi) sed etiam cultura, & ipsa natura delectat: admini=  
 culorum ordines, capitum cōiugatio, religatio, propaga=  
 tio uitium, farmentorumq; ea, quam dixi, aliorum ampu=  
 tatio, & aliorum immisso. Quid ego irrigationes? quid  
 agri fōssiones, repastinationesq; proferam, quibus fit Repastinatio.  
 multò terra fecundior? Quid de utilitate loquar sterco=  
 randi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi: de Cato de re ru=  
 qua doctus Hesiodus ne uerbum quidē fecit, cùm de cul=  
 turā agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi uide Homerus ante  
 tur, antè seculis fuit, Lærten lenientem desiderium, quod Hesiodum.  
 capiebat è filio, colentem agrum, & eum stercorantē fa=  
 cit. Nec uero segetibus solūm, & pratis, & uineis, & ar=  
 bustis res rusticæ lètæ sunt, sed pomarijs etiam, et hortis,  
 tum pecudum pasu, & apum examinibus, tum florum  
 omnium uarietate. Nec conditiones modò delectant, sed  
 etiam insitiones: quibus nihil inuenit agricola solertiūs.  
 Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum,  
 sed ea ipsa quæ dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis au=  
 tem, nam & studio rerum rusticarum prouectus sum, & Senectus natu=  
 senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam uitijs ra loquacior.  
 uidear vindicare. Ergo in hac uita M. Curius cùm de M. Curius in  
 Samnitibus, & Sabinis, & de Pyrrho triumphasset, con agricultura ui=  
 sumpfit extreum tempus ætatis: cuius quidē ullam ego  
 contem

contemplatus (abest enim non longè à me) admirari satis non possum uel ipsius hominis continentia, uel temporū Curius aurum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum aurum pon= repudiauit à Sā dus Samnites cùm attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim aurū habere præclarum sibi uideri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Poterat ne tantus animus nō iucundam habere senectutē? Sed uenio ad agricolas, ne à Senatorē senes meipso recedā. In agris erant tum senatorēs, id est senes.

Siquidē L. Quintio Cincinnato in agro aranti nunciā tum est eum dictatorem esse factum: cuius dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Hala Sp. Melium regnum

A villa in Sena= cum accerseban appetentem, & occupare uolentem intererunt. A villa in senatū accersebantur Curius, & cæteri senes: ex quo qui

Viatores unde eos accersebant, viatores nominati sunt. Num igitur eo=

\*No. Marcel- rum senectus miserabilis fuit, qui se\* agricultatione oblige- lus legit, agri etabant. Mea quidem sententia haud scio hac an ulla uita cultione, duab⁹ beator esse possit, neq; solum officio, quod hominū gene- vnius scriptoris, ri uniuerso cultura agrorum est salutaris, sed & delecta- tione, quam dixi, & saturitate, copiaq; omniū rerū, que

ad uictum hominum, & cultum etiam deorum pertinent. Et quoniam hæc quidā desiderat, in gratiam iam cū uo- luptate redeamus. Semper enim boni, assiduiq; domini re- ferta cella uinaria, olearia, mellaria, et penuaria est, uillaq; tota locuples est: abundat porco, hædo, agno, gallina, la- ste, caseo, melle. Iam hortū ipsi agricultæ succidiam alterā

Succidia. appellant: tum cōditiōra facit hæc etiā superuacanei ope- ris aucupium, atq; uenatio. Quid de pratorū uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearum, oliuorum uic spe- cie dicam: Breui expediā. Agro bene culto nil potest esse nec

Ager bene cul-  
tas.

nec usu uberior, nec specie ornatus: ad quē fruendum nō  
 modō non retardat, uerū etiā inuitat, atq; alectat sene-  
 tus. Vbi enim potest illa etas æquè calefcere uel aprica- Apricari,  
 tione melius, uel igni: uel uicissim umbris, aquis ue refrig-  
 erari salubrius? Habeat igitur alij sibi arma, sibi equos,  
 sibi hastas, sibi clauā, & pilam, sibi natationes, & cursus: Talis.  
 nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant, & Tesserae,  
 tesseras: id ipsum tamen ut libebit, quoniam sine his beata Xenophontia  
 esse senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophotis  
 libri sunt, quos legite, quæso, studiosè, ut facitis. Quām  
 copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de  
 tuenda re familiarī, qui Oeconomicus inscribitur. Atq; ut  
 intelligatis nihil ei tam regale uideri, quām studium agri  
 colendi: Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cy Cyrus.  
 rum minorem regem Persarum præstantem ingenio, atq;  
 imperij gloria, cum Lysander Lacedæmonius uir summae Lysander.  
 uirtutis uenisset ad eum Sardis, eiq; dona à socijs attulisse  
 set, & cæteris in rebus comem erga Lysandrum, atq; hu-  
 manum fuisse, & ei quendam conceptum agrum diligen-  
 ter confitum ostendisse. Cùm autem admiraretur Lysan-  
 der & proceritates arborum, & directos in quincuncem Quincunx.  
 ordines, & humum subactam, atq; puram, & suavitatem  
 odorum, qui efflarent è floribus, tum eum dixisse: Mirari  
 se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo  
 essent illa dimessa, atq; descripta: & ei Cyru m respōdisse:  
 Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea de-  
 scriptio: multæ etiā iistarum arborum mea manu sunt  
 fatæ. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & ni-  
 torem corporis, ornatumq; Persicū multo auro, multisq;  
 gemmis

Cyrus beatus à gemmis, dixisse: Reclè uero te Cyre beatum ferunt, quo<sup>m</sup>  
Lysandro ap<sup>r</sup> niam uirtuti tuae fortuna cōiuncta est. Hac igitur fortuna  
pellatus.  
Virtuti fortu- frui licet senibus: nec etas impedit quó minus & cetera  
na comes.      rum rerum, & in primis agri colēdi studia teneamus usq;

M. Valerius ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Cor  
Corvinus.      uiūnum accepimus ad centesimum annum uitam perduxisse,  
cūm esset exacta iam etate in agris, eosq; coleret: cuius  
inter primum & sextum consulatum, sex & quadraginta anni  
intervenerunt. Itaq; quantum spatiū etatis ma-  
iores nostri ad senectutis initium esse uoluerunt, tantus  
illi cursus honorū fuit: atq; eius extrema etas in hoc bea-  
tior, quam media, quod autoritatis plus habebat, laboris  
uero manus. Apex autem senectutis est autoritas. Quanta  
fuit in L. Cæilio Metello: quanta in Attilio Colatino: in

Elogium.      quem illud elogium unicū plurimæ cōsentient gentes,  
τρόπῳ οὐδὲν populi primarum fuisse uirum. Notum est eius carmen  
εἰς τὴν ἑταίρην incisum in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius de laudi-  
bus omnium esset fama cōsentiens. Quem uirum P. Cras-  
sum nuper pontificem maximum, quem poste à M. Lepi-  
dum eodem sacerdotio præditum uidimus? Quid de Pau-  
lo, aut Africano loquar: aut, ut iam antè dixi, de Maxi-  
mo, quorum non in sententia solum, sed etiā in nutu reside-  
bat autoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tan-  
tam autoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescen-  
tiæ uoluptates. Sed in omni oratione mementote eam me-  
necus laudei. laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentie cōstitu-  
ta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno cum assen-  
su omnium dixi: Miseram esse senectutem, quæ se oratione  
dunxat defendere. Non cani, nō rugæ repente autor-  
itatem

tatem afferre possunt: sed honestè acta superior ætatis fructus autoritatis præbet extremos. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, que uidentur leuis, atq; cōmūnia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli: quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibus, ut queque optimè morata, ita diligentissime obseruantur. Lysandrum Lacedemonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt solitum, Lace- Apud Lacedæmones honestis dæmons esse honestissimum domicilium senectutis. Nus- simū erat senecutis domici- quam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus hum.

Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu uenisset, in magno confessu locum ei à suis ciuibus nusquam datū: cùm autem ad Lacedemonios accessisset, qui cùm legati essent, in loco certo considerant, consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illum \* sessum recepisse. Quibus \* Als, sessum Athenienses cùm à cuncto confessu plausus esset multiplex datus, disciunt quæ re- xisse ex his quendam, Athenienses scire quæ recta essent, ea sunt, sed sa- cere nolunt,

sed facere nolle. Multa in nostro collegio præclara sunt: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod ut quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Neq; enim solum honore antecedentibus, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur uoluptates corporis, cum autoritatis præmij comparandæ? quibus qui splendidè usi sunt, ij mihi uidentur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & anxi, & iracundi, & difficiles senes: si querimus, etiam auari. Sed hæc morum uitia sunt, non senectutis. At morositas tamen, & ea uitia, quæ dixi habent aliquid Morum uitia, non senectutis.

P excusa

excusationis, non illius quidem iuste, sed quæ probari posse uideatur. Contēni se putant, despici, illudi; præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est: quæ tamen omnia dulciora fiunt, & bonis moribus, & artibus. Idq; tum in uita, tum in scena intelligi potest ex ijs fratribus,

**T**erentius in qui in Adelphis sunt: quantu in altero duritas, in altero copitatis. Sic se res habent. Ut enim non omne uinum, sic non omnis ætas uetus state coacescit. Seueritatem in senectum.

**S**euveritas. Etute probo, sed eam ( sicut alia ) modicam: acerbitudinem nullo modo. Auaritia uero senilis quid sibi uelit non intelligo: potest enim quicquam esse absurdius, quam quod

minus uiae restat, eò plus uiatici querere.

**Quarta** uituperatio senectutis.

**S**enectutē hoc miserā nō esse, qd haud procul esse. O miserum senem, qui mortem cōtemnendam esse in absit à morte.

**N**on timendā esse mortem.

**V**arta restat causa, quæ maximè augere, atq; sollicitam habere nostram ætatem uidetur, appropinqua quatio mortis: quæ certè à senectute nō potest longè abesse. O miserum senem, qui mortem cōtemnendam esse in tam longa ætate non uiderit, quæ aut plane cōtemnenda est, si omnino extinguit animum: aut etiam appetenda, si aliquò eum deducit, ubi sit futurus aeternus. At qui tertium certè nihil inueniri potest. Quid igitur timeā, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? Quan

**H**ipp. aph. 2. **S**eniores iude: ætas illa multò plures, quam nostra, mortis casus habet. **F**acilius in morbos incident adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Itaq; pauci ueniunt ad senectutem:

**M**ens enim, ratio, & cōsilium in senibus est, qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates essent. Sed redeo ad mor-

tem

tem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud uideatis cum adolescentia esse commune? Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatē fratribus tuis Scipio, omni etati mortem. <sup>Omni etati morte esse com</sup> esse communem. At sperat adolescentes diu se uicturum, quod munem, sperare idem senex non potest. Inspicenter sperat. Quid enim est stultius, quam incerta pro certis habere, ac falsa pro ueris? Senex nec quod speret, habet. At est eō meliore conditione, quam adolescentis, cum id quod sperat, ille us conditio, affecutus est. Ille uult diu uiuere: hic diu uixit. Quādquam (ō dīj boni) quid est in hominis uita diu? Da enim supremum tempus, expectemus Tartessiorum regis etatē: fuit <sup>Melior senis,</sup> <sup>Tartessiorum rex.</sup> Argantonius quidā Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum & uiginti uixit. Sed nūhi ne diurnum quidē quicquam uidetur, in quo est aliquid extrellum: cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit: tantum remanet quod uirtutē, ex recte factis sis consecutus. Hora quidem cedunt, & dies, menses, & anni, nec præteritum tempus unquā reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Quod cuique temporis ad uiuendum datur, eo debet contentus esse. Neque enim histrioni ut placeat peragenda est fabula, modō in quocūq; fuerit actu probetur: nec sapienti usq; ad Platone uivendū. Breue enim tempus etatis satis est longum. Nota, ad bene, honesteq; uiuendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est, quam agricola dolēt, praterita uerni tēporis suauitate, & statē, autumnumq; uenisse. Verē enim tanquā adolescentiā significat, ostēdit q; fructus futuros: reliqua tēpora demetēdis fructibus, aut percipiēdis

accommodata sunt. Fructus autem senectutis est (ut iam  
ſæpe dixi) ante partorum bonorum memoria, & copia.

**Quis secundum  
naturam,** Omnia uero quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda  
in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam

senibus emori? quod idem contingit adolescentibus ad-  
uersante, & repugnante natura. Itaq; adolescentes mori  
sic nubi uidentur, ut cum aquæ multitudine uis flammæ

Adolescentis opprimitur; senes autem, sicut sua sponte nulla adhibita  
acerba, senis uero matura  
mors.

Et quasi poma ex ar-  
boribus, si cruda sunt, ui auelluntur; si matura, & colta,  
decidunt; sic uitam adolescentibus uis aufert, senibus ma-  
turitas. Quæ mihi quidem tam iucunda est, ut quò pro-

**Nota.** pius ad mortem accedam, eo cito quasi terram uidear  
uidere, aliquandoq; in portum ex longa nauigatione  
esse uenturus. Omnim atatum certus est terminus: se-

nectutis autem nullus certus est terminus: recteq; in ea

uiuitur, quo ad munus officij exequi, & tueri possis, &  
tame mortem cōtemnere. Ex quo fit, ut animosior etiam

senectus sit, quam adolescentia, & fortior. Hoc est illud,

quod Pisistrato tyranno à Solone responsum est: cum

illi querenti, qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter  
obſisteret, respondiffe dicitur, Senectute. Sed uiuendi eſt  
finis optimus, cum integra mēte, ceterisq; ſenibus, opus

ipsa ſuum eadem quæ coagmentauit natura diſſoluit,  
Vt enim nauem, ut edificium idem deſtruit facillimè,  
qui conſtruxit: ſic hominem eadem optimè, quæ conglu-

tinauit natura, diſſoluit. Nam omnis conglutinatio re-

cens, & grē inueterata, facile diuellitur. Ita fit, ut illud bre-

ue uitæ reliquum, nec audiē appetendum ſenibus, nec

sine

Solonis respō-  
ſum.

sine causa deserendum sit: ueritatique Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de presidio, & statione uitae decedere extat apud Plutare. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum, lamentisque uacare. Vult se charum, credo, suis esse. Sed haud scio an me=lius Ennius:

Nemo me lachrymis decoret, neque funera fletu

Faxit. cur uolito uiuus per ora uirum.

Ennius ueritus.

Non esse lugendam mortem censet, quam immortalitas consequatur. Nam sensus moriendi si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat, praesertim seni: post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc menditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus: sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. Moriendum enim certe est, & id incertum, an eo ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentibus timens, quis tranquillo posset animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse uidetur, cum recorder non solum L. Brutum, qui in liberanda patria est inter mortuissimis: non duos Decios, qui ad uoluntariam mortem, cursum equorum incitauerunt: non M. Regulum, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datum conservaret: non duos Scipiones, qui iter Paenitentiale corporibus suis obstruere uoluerunt: non auum tuum L. Pau- lum, qui morte sua luit collegae in Cannensi ignominia temeritatem: non M. Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulture carere passus est: sed legiones quidem nostras scripsi in Origianibus in eum locum saepe profectas alacri animo, & crea-

eto, unde se nunquam reddituras arbitrarentur. Quod  
 igitur adolescentes, et ij quidem non solum indocti, sed  
 etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescent?  
 Omnino (ut mihi quidem uidetur) rerum omnium satie-  
 Varia etatum tas, uitæ facit satietatem. Sunt pueritiae certa studia, num  
 studia.  
 igitur ea desiderant adolescentes? Sunt et ineuntis ados-  
 lescentiae, num ea iam constans requirit ætas, quæ dicit  
 Ætas media. Sunt etiam huius etatis: ne ea quidem in sea  
 neclute queruntur. Sunt autem extrema quædam studia  
 senectutis: ergo ut superiorum etatum studia occidunt,  
 sic occidunt etiam senectutis. Quod cùm evenit, satietas  
 uitæ tempus maturum mortis afferit. Evidem nō uideo  
 cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere uoc-  
 47 bis: quod eò melius cernere mihi uideor, quòd ad eam  
 propius adsum. Ego uestros patres P. Scipio, tuq; C. La-  
 li, uiros clarissimos, mibiq; amicissimos uiuere arbitror,  
 Vita uera. Et ea quidè uita, quæ est sola uita nominanda. Nam dum  
 sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quo-  
 dam necessitatis, et grani opere perfungimur. Est enim  
 animus coelestis ex altissimo domicilio depresso, et quasi  
 demersus in terram, locum diuinæ nature, eternitatis  
 Quare animus immortalis in contrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos  
 corpora huma in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quiq;  
 na infusus sit. celestium ordinem contemplantes, imitarentur eum uis-  
 Pythagoras, tæ modo, atq; constantia. Nec me solum ratio, ac dispu-  
 & Pythagorici ratio impulit ut ita crederem: sed nobilitas etiam sume-  
 philosoppii Ita- morum philosophorum, et autoritas. Audiebam Pytha-  
 lia partem inco- goram, Pythagoricosq; incolas penè nostros, qui essent  
 gna Græcia di- cebatur. Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubia-  
 tasse

tasse quin ex uniuersa mente diuina delibatos animos ha-  
beremus. Demonstrabatur mihi prætereà quid Socrat-  
es supremo uitæ die de immortalitate animorum diffe-  
ruiisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudi-  
catus. Quid multa: sic mihi persuasi, sic sentio, cùm tan-  
ta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum,  
futurorum prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot in-  
uenta, non posse eam naturam, quæ res eas continet, esse  
mortalem: cùmq; animus semper agitetur, nec princi- Animotum im-  
pium motus habeat, quia ipse se moueat, nec finem qui= mortalium pro-  
dem habiturum esse motus, qui nunquam se ipse sit reli- batur.  
cturus: & cùm simplex animi natura esset, neq; haberet πλατωνίς.  
in se quicquam admixtum dispar sui, atque dissimile, non  
posse eum diuidi: quod si non posset, non posse interire.  
Magnog; esse arguento homines scire pleraque antè,  
quā nati sunt, quod iam pueri cùm artes difficiles di-  
scant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas nō  
tum primum accipere uideantur, sed reminisci, & recor-  
dari. Hæc Platonis sunt frē. Apud Xenophontem autem. Verba Cyri  
moriens Cyrus maior hæc dicit: Nolite arbitrari ô mihi morientis oīa  
charissimū filij, me, cùm à uobis discessero, nusquam, aut uo p̄dix, a-  
nullum fore: nec enim dum eram uobiscum, animū meum pud Xenoplo  
uidebatis: sed cùm essem in hoc corpore, ex his rebus,  
quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse credia-  
tote, etiam si nullum uidebitis. Nec uero clarorum uiro-  
rum post mortem honores permanerent, si nihil eorum  
ipsorum animū efficerent, quò diutius memorī sui tene-  
remus. Mihi quidem nūquam persuaderi potuit animos,  
dum in corporibus essent mortalibus, uiuere: cùm exiſsent

P \* ex his

232 M. T. CIC. CATO MAIOR,

ex his emori: nec uero tum animum esse insipientem,  
cum ex insipienti corpore evasisset: sed cum omni ad-  
mixtione corporis liberatus, purus, et integer esse coe-  
pisset, tum esse sapientem. Atque etiam cum hominus natu-  
ra morte dissoluitur, ceterarum rerum perspicuum est,

Nota. quod queque discedat: abeunt enim omnia unde orta sunt:

Nihil tam mortale, quam somnus.

animus autem solus nec cum adeat, nec cum discedit ap-  
paret. Nam uero uidetis nihil morti esse tam simile, quam  
somnum. At qui dormientium animi maxime declarant  
diuinitatem suam: multa enim cum remisi, et liberi sunt,  
futura prospiciunt. Ex quo intelligitur quales futuri  
sint, cum se plane corporis uinculis relaxauerint. Quare  
si haec ita sint, sic me colite ut deum: si una interitus  
est animus cum corpore, uos tamen deos uerentes, qui  
hanc omnem pulchritudinem tuetur, et regunt, memo-  
riam nostri pie, inuolateque seruabitis. Cyrus quidem  
haec moriens. Nos ( si placet) nostra uideamus. Nemo  
unquam mihi Scipio, persuadebit aut patrem tuum Pau-  
lum, aut duos auos Paulum, et Africanum, aut Africa-  
ni fratrem, aut patrum, aut multos praestantes uiros,  
quos enumerare necesse non est, tanta esse conatos, que  
ad posteritatis memoriam pertinarent, nisi animo cerne-  
rent posteritatem ad se pertinere posse. An censes (ut de  
meipso aliquid more senum glorier) me tantos labores  
diurnos, nocturnosque domi, militiaque suscepturnum fuisse,

48 si iisdem finibus gloria mea, quibus uitam essem termi-  
naturus? Non ne melius multo fuisse otiosam etatem,  
et quietam sine ullo labore, et contentione traducere?  
Sed nescio quomodo animus erigens se posteritatem  
semper

semper ita proficiebat, quasi cum excessisset è uita, tum  
deniq; uidurus esset. Quid quidem ni ita se haberet, ut  
animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus ma-  
xime ad immortalem gloriam niteretur. Quid quod sa- Stulti iniquo  
pietiissimus quisq; æquissimo animo moritur, stultiissimus animo mortem  
iniquissimo? Non ne uobis uidetur animus is, qui plus cer- ferunt, sapient  
naturat, et longius, uidere se ad meliora profici: ille autem, limo.  
cuius obtusior sit acies, non uidere? E quidem effror stu-  
dio patres uestros (quos colui, et dilexi) uidendi. Neque  
eos uero solum conuenire \* aueo, quos ipse cognoui, sed \* Laurentius  
illos etiam, de quibus audiui, et legi, et ipse conscripsi. Valla cap. 98.  
Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile rea- lib. 5. legit habeo, atque ita  
traxerit, ne ue tanquam pilam retorserit. Quid si quis legisse uidetur  
deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, et in Theodorus  
cunis uagiā, ualde recusem: nec uero uelim, quasi decur- Gaza.  
so spatio, à calce ad carceres reuocari. Quid enim habet  
uita commodi? quid non potius laboris? Sed habeat sane: 49  
habet certè tamen aut satietatem, aut modum. Non libet Proverbiū.  
enim mihi deplorare uitam, quod multi, et hi docli, sepe Sic vixit Cato.  
fecerunt. Nec me uixisse pœnitet, quoniam ita uixi, ut fru- ut frustra te na-  
stra me natum non existimem: et ex uita ista discedo tan- tum non existi-  
quam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi Commorādi.  
enim natura diuersorum nobis, non habitandi dedit. non habitandi  
O præclarum diem, cum ad illud animorum concilium, diuersorum  
coetumq; proficiscar, et cum ex hac turba, et collauione  
discedam: proficiscar enim non ad eos solum viros, de qui-  
bus ante dixi, sed etiam ad Catonē meum, quo nemo uir  
melior natus est, nemo pietate præstator: cuius à me cor-  
pus crematum est, quod contra decuit ab illo meum. Ani-

P 3 mus

mus uero non me deserens, sed respectans, in ea profecto  
loca discessit, quo mibi ipse cernebat esse ueniendum. Quem  
ego meum casum fortiter ferre uisus sum: non quod aequo  
animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longa  
ginquu inter nos digressum, et discessum fore. His mibi  
rebus Scipio (id enim te cum Lelio admirari solere di-  
xisti) leuis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam  
iucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum im-  
mortales esse credam, libenter erro: nec mihi huc errorum,  
quo delector, dum uiuo extorqueri uolo: sin mortuus (ut  
quidam minuti philosophi censem) nihil sentiam, non ue-  
reor ne hunc errorum meum mortui philosophi irrideant.

Quod si non sumus immortales futuri, tamē extingui ho-  
mini suo tempore optabile est. Nam habet natura ut a-

liarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Sene-

*Senectus, per-  
atio etiaca.*

ctus autem peractio etatis est, tanquam fabule:  
cuius desatigationem fugere debemus,  
præcertim adiuncta satietate. Habui  
haec de senectute, quæ dicerem:  
ad quam utinam perue-  
niatis, ut ea, quæ  
ex me audie-  
fuis, re  
ex-  
perti probare possitis.

MARCI TULLII CICE-  
ronis de Senectute finis.

M. Tul.

# M· T V L · C I

CERONIS PARADOXA,  
ad Marcum Brutum.



NIMADVERTI, Brute, se  
pe M. Catonem auunculum tuum,  
cūm in senatu sentētiam diceret, lo  
eos graues ex philosophia tracta-  
re, abhorrētes ab hoc usū forensi,  
et publico : sed dicendo consequi  
tamē, ut illa etiam populo probabi  
lia uiderentur. Quod eō maius est illi, quām aut tibi, aut  
nobis: quia nos ea philosophia plus utimur, quæ peperit  
dicendi copiam, et in qua dicuntur ea, quæ non multū  
discrepan ab opinione populari. Cato autem perfectus  
(mea sentētia) Stoicus et ea sentit, quæ nō sane proban  
tur in uulgo: et in ea est heresi, quæ nullū sequitur flo-  
rem orationis, neq; dilatat argumentū, sed minutis inter-  
rogatiunculis, et quasi punctis quod propositum efficit.  
Sed nihil est tam incredibile, quod nō dicēdo fiat proba-  
bile: nihil tam horridū, tam incultū, quod non splendescat  
oratione, et tanquā excolatur. Quod cūm ita putarē, feci  
etiam audacius, quām ille ipse, de quo loquor. Cato enim  
duntaxat de magnitudine animi, de cōtinentia, de morte,  
de omni laude uirtutis, de dijs immortalibus, de charitate  
patriæ, Stoicè solet, nullis oratorijs ornamētis adhibitis,  
dicere. Ego autem illa ipsa, quæ uix in gymnasij, et in  
ocio Stoici probat, ludes conieci in cōmunes locos. Que  
quia

quia sunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab  
 præter opinio prædicta appellatur: tentare uolui possent ne  
 uem, proferri in lucent, id est, in forum, et ita dici, ut proba-  
 rentur: an alia quædā esset erudita, alia popularis oratio.  
 Eo q; scripsi libentius, quod nūhi ista prædicta, quæ ap-  
 pellaatur, maxime uidetur esse Socratica, longeq; uerisim-  
 ma. Accipies igitur hoc paruum opusculū, lucubratū his  
 iam cōtractioribus noctibus: quoniam illud maiorum ui-  
 3 giliarum munus in tuo nomine apparuit. Degustabis et  
 4 hoc genus exercitationum mearum, quibus uti consueui-  
 cum ea, quæ dicuntur in scholis &c., ad nostrum hoc ora-  
 torium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in aper-  
 tum ut proferas, nihil postulo: nō enim est tale, ut in arce  
 ponи possit quasi illa Minerua Phidiae: sed tantum, ut ex  
 eadem officina exisse appareat.

Ωὐ μέν τὸ ταῦτα ἔχον, id est,

Quod honestum sit, id solum bonum esse.



Ereor, necui uestrum ex Stoicoru hominū  
 disputationibus, nō ex meo sensu depræpta  
 hæc uideatur oratio. Dicam tamen quod sen-  
 tio, et dicam breuius, quam res tanta dici

Pecunia & id possit. Nunquam mehercle ego neq; pecunias istorum,  
 genus nō est in bonis cōnum e. neq; tecta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neq; eas,  
 randa. quibus maxime adstricti sunt, uoluptates, in bonis rebus,  
 aut expetēdis esse numeradas duxi: quippe cūm uiderem  
 hoīes rebus his circūfluentes, ea tamen disiderare maxi-  
 mè, quibus abūdarēt. Neq; enim unquā expletur, nec sa-  
 tiatur cupiditatis sitis: neq; ea solū quæ habet, libidine au-  
 gedi cruciatur, sed etiā amittendi metu. In quo equidē cō-  
 tinens

tinentissimorum hominum maiorum nostrorum s<sup>e</sup>pe re-  
quiro prudētiā, qui haec imbecilla, & commutabilia pe-  
cunie membra solo uerbo bona putauerunt appellanda,  
cūm re, ac factis longè aliter iudicassent. Potest ne bonū  
cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia  
bonorū ipse esse non bonus? At qui ista omnia talia uide-  
mus ut etiam improbi habeāt, & obsint probis. Quam-  
libet irrideat si quis uult, plus apud me tamen uera ratio  
ualebit, quam uulgi opinio. Neq; ego unquā bona per-  
didisse dicam, si quis pecus, aut supellecīlē amiserit. Nec  
non s<sup>e</sup>pe laudabo sapientem illum Biantem, ut opinor,  
qui enumeratur inter septem sapiētes. Cuius cūm patriā  
Prienen cepisset hostis, ceteriq; ita fugerent, ut multa de  
suis rebus secum asportarēt: cum esset admonitus à quo-  
dam, ut idem ipse faceret: Ego uero, inquit, facio: nam  
omnia mea necū porto. Ille haec ludibria fortunae ne sua  
quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Quid Epiphonema,  
est igitur, quæreret aliquis, bonum; si quid rectē fit, & ho-  
nestē, & cum uirtute, id bene fieri, & rectē dicitur; &  
quod rectum, & honestum, & cum uirtute est, id solūn  
opinor bonum. Sed haec uideri possunt obscuriora, cūm  
sine appositione exemplorum lentius disputantur: uita,  
atq; factis illustranda sunt summorum uirorum haec, quæ  
uerbis subtilius, quam factis disputari uidentur. Quero  
enim à uobis, num ullam cogitationem habuisse uidean-  
tur ij, qui hanc rem pub. tam præclarē fundatam nobis res  
liqueunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam, aut amœni  
tatum ad delectationem, aut supellecīlis ad delicias, aut  
epularū ad uoluptates; Ponite ante oculos unumquęq;  
regum

Pulchra disti-  
butio.

**Inductione probar** **divinas à** **eteribus Ro-**  
**manis non har-**  
**bitas i albo bo-**  
**norum.**

regum. Vultis incipiam à Romulo & vultis post liberā ci-  
uitatem ab ijs ipsis , qui liberauerunt eam? Quibus tandem  
gradibus Romulus ascēdit in coelum? Iis' ne, quæ isti bo-  
na appellant? an rebus gestis, atq; virtutibus? Quid autē  
Numa Pompilius: minus ne gratas dijs immortalibus ca-  
pedines, ac fīctiles urnulas fuisse, quam delicateas aliorum  
pateras arbitramur? Omitto reliquos : sunt enim omnes  
pares inter se , præter Tarquinium Superbum. Brutum  
uero si quis roget, quid egerit in patria liberanda; si quis  
item reliquos eiusdem consiliū socios quid expetuerint,  
quid secuti sint: num quis existat, cui uoluptas , cui diui-  
tia, cui denti; præter officiū fortis , & magni uiri quic-  
quam aliud propositum fuisse uideatur? Quæ res ad ne-  
cem Porsenæ Q. Mutiū impulit, sine ulla spe salutis suæ?  
Quæ uis Horatium Coelitem contra omnes hostium co-  
pias tenuit in ponte solum? Quæ uis patrē Decium, que  
filiū denouit ac immisit in armatas hostium copias? Quid  
continentia C. Fabritij, quid tenitas uictus M. Curij se-  
quebatur? Quid duo propugnacula belli Punici C. & P.  
Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus  
suis intercludendū putauerunt? Quid Africanus minor?  
quid maior? Quid inter horum etates interiectus Cato?  
Quid innumerabiles alij? Nam domesticis exēplis abun-

**Ait. An put-**  
**amus. \*An cogitasse quicquam putamus in vita sibi ex-**  
**bimus quēquā petēdum, nisi quod laudabile esse, & præclarum uidere-**  
**horū cogitasse in uitā tur?** Veniant igitur irrifores huius orationis , ac senten-  
**ta sibi exp.** Permissio amar*eis: & iam uel ipsi iudicēt utrum se horum alicuius, qui*  
*uolumia.* *marmoreis testis ebore, & auro fulgentibus, qui signis,*  
*qui tabulis, qui cælato auro, & argento, qui Corinthijs*  
*operi*

operibus abundant, an C. Fabritij, qui nihil eorum habuit, nihil habere uoluit, se siuiles esse malint? Atque hæc quidem, que modò huc, modò illuc transferuntur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent: illud tamen arctè tenent, accurateque defendunt, uoluptatem esse summum bonum. Quæ quidem mihi vox pecudū uidetur esse, non bonum. Tu, cum tibi siue deus, siue mater (ut ita dicam) uoluptas non est summum bonum.

Tu, cum tibi siue deus, siue mater (ut ita dicam) uoluptas non est summum bonum.

Voluptas non est summum bonum.

Uoluptas non est summum bonum.

Uoluptas non est summum bonum.

Repugnat bono, meliore non facere.

Assumptio et summatationis.

Conclusio.

ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquid putas interesse? Quicquam ne bonum est, quod non eum, qui possidet, meliore facit? Ut enim quisque est maximè boni parti ceps, ita et laudabilis maxime: neque est ullum bonum, de quo non est, qui id habeat, honestè possit gloriari. Quid autem est horum in uoluptate? Meliorum ne efficit, aut laudabiliore uirum? An quisquam in potius uoluptatibus gloriando se et prædicatione extollit? Atqui si uoluptas (quæ plurimorum patrocinij defenditur) in rebus bonis habenda non est: eaque quo est maior, eo magis mentem in sua sede, et statu diuinet: profecto nihil est aliud bene, & beate uiuere, nisi honestè, et rectè uiuere.

On our dñe's b' day, 1598. id est,

In quo uirtus sit, ei nihil deesse ad beatè uiuendum.



Ec uero ego M. Regulum ærumnosum, nec infelice, nec miserum unquam putavi. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur a Poenitentia: non grauitas, non fides, non constantia, non uilla uirtus, non denique animus ipse, qui tot uirtutum præsidio munitus, tantoque comitatu uirtutis septus, cum corpus

Inductio à loco coniugiorum.

corpus eius carperetur, carpi certè ipse non potuit. C. uero Marium uidimus, qui mihi secundus in rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris ui debatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis infante, nescis quantas uires uirtus habeat: nomen tantum uirtutis usurpas: quid ipsa ualeat, ignoras. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex se: quiq; in se uno sua ponit omnia. Cui autem spes omnis, et ratio, et cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil potest esse certi, nihilq; quod exploratum habeat permanjurum sibi ne unum quidem diem. Eum tu hominem terreto, siquem eris natus, istiusmodi mortis, aut exiliij minis: nubi uero quicquid acciderit in tam ingratâ ciuitate, ne recusanti quidem euenerit, non modò non repugnanti. Quid enim ego laborau, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curae, et cogitationes meæ? Siquidem nihil peperi tale, nihil consecutus sum, ut eo statu essem, quem neq; fortunæ te meritas, neq; inimicorū labefactaret iniuria. Mortem ne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus: an exilium, ut ab improbis demigrandum sit? Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguntur: non ijs, quorum laus emori non potest: exilium autem terribile ijs, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus: non ijs, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te miseriae, te aerumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas: tua libidines te torquent: tu dies, noctesq; erueris, cui nec satis est quod est, et id ipsum quod habes, ne nō diuturnum sit futurum, times. Te conscientie sticulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum

Probat nec morie nec exilium mala esse. Laus emori non potest: exilium autem terribile ijs, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus: non ijs, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te miseriae, te aerumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas: tua libidines te torquent: tu dies, noctesq; erueris, cui nec satis est quod est, et id ipsum quod habes, ne nō diuturnum sit futurum, times. Te conscientie sticulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum

eiōrum, atque legum. Quocūq; aspexisti, ut furie, sic tuē  
tibi occurruī iniurie, quae te respirare nō sinunt. Quam-  
obrem ut improbo, & stulto, & incerti nemini bene esse  
potest: sic bonus uir, & sapiens, & fortis miser esse non  
potest. Nec uero cuius uirtus, moresq; laudandi sunt, eius  
non laudanda uita est: neque porrō fugienda uita est, quae  
laudāda est. Eſſet autem fugienda, si eſſet misera. Quam-  
obrem quicquid est laudabile, idem & beatum, & flores,  
& expetendum uideri debet.

Quā ūta m̄ aequalia uata, id est:  
Aequalia esse peccata.

Aequalia pe-  
ccata.

**P**A R V A, inquis, res est. Atqui magna cul-  
pa. Nec enim peccata rerū euētu, sed uitijs  
hominū metieđa sunt. In quo peccatur, id po-  
test aliud alio maius esse, aut minus: ipsum  
quidem iuud peccare, quoquō te uerteris, unum est.  
Auri nauem euertat gubernator an palea, in re ali- Declarat exem-  
quatum, in gubernatoris inscītia nihil interest. La-  
pla, que à spe-  
psa est alicuius libido in muliere ignota: dolor ad paucio per inductionē,  
re pertinet, quam si etiā petulans fuſſet in aliqua ge- Similitudo.  
neroſa, ac nobili uirgine: peccauit uero nihil minus: si-  
quidem est peccare, tanquam transilire lineas. Quod cum  
ficeris, culpa commissa est: quam longe progrediare, cum  
senet transferis, ad augendam trascundi culpam nihil  
pertinet. Peccare certè licet nemini. Quod autem non li- Argumentatio  
ce, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. Id siquidem ex ui definitio-  
ne maius, nec minus unquam fieri potest: quoniam in  
eſſet peccatum, si non licuit. Quod semper unum, & idē  
eſſet, que ex eo peccata nascantur, & equalia sint oportet.  
**Q** **Quod**

Quòd si uirtutes pares sunt inter se, paria esse etiam uitia necesse est. At qui pares esse uirtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorcm, nec forti fortiorcm, nec sapienti sapientiorem posse fieri facillimè potest perfici. An uirum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit: si idem in decem milibus auri pondo non idem fecerit? Aut temperantem eum, qui se in aliqua libidine Epiphonema, continuerit, in aliqua effuderit? Una uirtus est consentiens cum ratione, ex perpetua constantia. Nihil huic addi potest, quo magis nirtus sit: nihil demi, ut uirtutis nomen relinquatur. Etenim si bene facta, rectè facta sunt, ex nihil recto rectius est: certè nec bono quidem melius quicquam inueniri potest. Sequitur igitur, ut etiā uitia sint paria: siquidem prauitates animi rectè uitia dicuntur. At qui quoniā pares uirtutes sunt: rectè riam facta, quoniā à uirtutibus profiscuntur, paria est debent. Itemq; peccata, quoniā ex uitis manant, sint equalia necesse est. A philosophis, inquis, ista sumis. Reputebam, ne à lenonibus diceres. Socrates disputabat id modo. Bene hercule narras: nam istum doctum, ex scriptem uirum fuisse memoriae traditum est. Sed tamen quero ex te, quando uerbis inter nos contendimus, non pugnis: utrum potius de bonis est querendum quid belli, atque operari, an quid homines doctissimi senserint? præsertim cum hac sententia non modo uerior, sed et utilior quidem hominum uitæ reperiri illa possit. Quæ uis est enim, quæ magis arceat homines ab omni imprudentia, quam si senserint nullum in delictis esse discriminem?

et que

Approbatio  
ex conjugatis.

æquè peccare se si priuatis , ac si magistratibus manus  
 inferant ? quancunque in domum stuprum intulerint,  
 eandem esse labem libidinis ? Nihil' ne igitur interest  
 (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet , an seruum?  
 Nuda ista si pones , iudicari qualia sint , non facile pos-  
 sunt . Patrem uita priuare , si per se scelus est , Saguntini , qui parentes suos liberos emori , quām seruos uiuere  
 maluerunt , parricidae fuerunt . Ergo ex parenti si nō nun-  
 quam adimū uita , sine scelere potest : ex seruo sepe , sine  
 iniuria , non potest Causa igitur hæc , non natura dislin-  
 guit . Quæ quando alteri accessit , id fit propensius : si  
 utrique coniuncta est , paria fiant necessaria est . Illud ta-  
 men interest , quod in seruo necando , si id fit iniuria ,  
 semel peccatur in patris uita violanda , multa peccantur.  
 Violatur is , qui procreauit : is , qui aluit : is , qui erudiuit : is ,  
 qui in sede , ac domo , atque in repub . collocauit . Mul-  
 titudine peccatorum præstat , eoq; poena maiore dignissima  
 est . Sed nos in uita non quæ cuique peccato poena sit , sed  
 quantum cuique liceat , spectare debemus . Quicquid non  
 oportet , scelus esse : quicquid non licet , nephias putare  
 debemus . Etiam ne in minimis rebus ! Etiam . Siquidem re-  
 rum modum fingere non possumus , animorū modū tenere  
 possumus . His tria si paulo se mouit extra numerum , aut si  
 uersus pronunciatus est syllaba una breuior , aut longior ,  
 exhibilatur , ex exploditur in uita , quæ omni gestu mode-  
 rator , omni uerbi aptior esse debet , ut in syllaba te pecca-  
 care dices ? Poëtam nō audio in nugis in uitæ societate au-  
 diam cive , digitis peccata dimicentē sua ? Quæ si uisa sint  
 breviora , leuiora qui possint uideri ? cùm q̄cqd peccatur ,

Q 2 per

perturbatione peccetur rationis, atq; ordinis: perturbata autem semel ratione, & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse videatur.

¶ rārris iū uopoi uēvōrā, id est:

Omnēs stultos iſanire.



\*Vide num, rationibus, sit legendum.

Go uero te non stultum, ut saepe, non im-  
probum, ut semper, sed dementem, & insa-  
num\* rebus addicam necessarijs. Sapientis  
animus magnitudine consilij, toleratia re-  
rum humanarum, contemptione fortunae, uirtutibus de-  
niq; omnibus ut mōnibus septus uincetur, & expugna-  
bitur, qui nec ciuitate quidem pelli potest? Que est enim  
ciuitas? Omnis ne cōuenitus etiā ferorum, & immanium?  
Omnis ne etiam fugitiuorum, ac latronum congregata  
unum in locū multitudo? Certè negabis, Non igitur erat  
illa tum ciuitas, cum leges in ea nihil ualebant, cum iudi-  
cia iacebant, cum mos patrius occiderat, cum ferro pulsis  
magistratibus, senatus nomen in repub, non erat. Prēdo-  
num ille concursus, & te duce latrocinium in foro con-  
stitutum, & reliquie coniurationis à Catilinae furijs ad  
tuum scelus, furoremq; conuerse, num ciuitas erat? Itaq;  
pulsus ego ciuitate non sum, quæ nulla erat; accessitus  
in ciuitatem sum, cum esset in repub, consul, qui tum nul-  
lus fuerat, essetq; senatus, qui tum occiderat, esset con-  
sensus populi liberi, esset juris, & equitatis (quæ uincula  
sunt ciuitatis) repetita memoria. At uide quām ista tui la-  
trociniij tela contempserim, lastam, & immissam a te ne-  
fariam in me iniuriam semper duxi: tamen peruenisse ad  
me nunquam putauit; nisi forte cum parictes disturbabat,

aut

aut cūm teclis sceleratas faces inferbas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare: Nihil enim meum est, neq; cuiusquā, quod afferri, quod eripi, quod amitti potest. Si mihi eripuisses diuturnam animū mei constantiam, meas curas, uigilias, consilia, quibus respub. iniulta statuisti huius aeterni beneficij immortalem memoriam deleuisses: multò etiam magis, si illam mentē, unde hæc consilia manarunt, mihi eripuisses, tum ego accepisse me confiterer iniuria. Sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti: Conclusio.  
 Ergo ego semper ciuis eram, & tum maximè, cūm meā salutem senatus exteris nationibus, ut ciuis optimi, com-  
 mendabat: tu ne nunc quidem es ciuis, nisi forte idem ho-  
 stis esse, & ciuis potest: An tu ciuēt ab hoste natura, ac  
 loco, non auiio, factisq; distinguis? Cædem in foro fecisti:  
 armatis latronibus templa tenuisti: priuatorum domos,  
 adesq; sacras incendisti. Cur hostis Spartacus, si tu ciuise?  
 Potes autem esse tu ciuis, propter quem aliquādo ciuitas  
 non fuit? Et me exulem, tuo nomine, appellas; cūm omnes  
 meo discessu exulasse rempub. putet. Nunquam'ne homo  
 amentissime te circunspicies, nunquam'ne quid facias cō-  
 siderabis, nec quid loquare? Nec sis exilium scelerum. esse  
 poenam'neum illud iter ob præclarissimas res à me. antè  
 gestas, esse suscepimus? Omnes scelerati, atque impij, quo-  
 rum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici uo-  
 lunt, exules sunt: etiam si solum non mutarunt. An quam  
 omnes leges te exulem esse iubeant, non eris tu exul? Argumentum  
a finitione exu-  
lis, & ex legum  
tua sīca dprehensa est. Qui hominem occiderit, tu plu-  
A contrario.

rimos occidisti. Qui incendium fecerit? aedes Nymphaeum  
 manu tua deflagravit. Qui templa deorum occupauerit?  
 in foro etiam castra posuisti. Sed quid ego communes lea-  
 ges profero, quibus omnibus es exculpatus? Familiariissimus tuus  
**Clodius reper-** Cornificius de te priuilegium tulit, ut si in opertum Bo-  
**tus in templo bo-** na dæcæ accessisses, exulares. At te id fecisse etiam gloriae  
**tue deæ.** ri soles. Quomodo igitur tot legibus in exilium electus,  
 nomen exulus non perhorrescis? Rome sum, inquis. Et tu  
 \*415, operto quidem in \*Ponto fuisti. Non igitur ubi quisque erit,  
 eius loci ius tenebit: si ibi eum legibus esse subiectum non  
 oportebit.

v. 14

Οπίστεις οἱ Θεοὶ ἐλόθιμοι, μάρτυς δὲ παροιδέλειοι, id est:  
 Omnes sapientes liberos esse, et stultos omnes seruos.



Audetur uero hic imperator, aut etiam ap-  
 pelletur, aut hoc nomine dignus putetur?  
 Quomodo? aut cui tandem hic libero impe-  
 rabit, qui non potest cupiditatibus suis impe-  
 perare? Refrenet primùm libidines, spernat uoluptas-  
 tes, iracundiam teneat, coercent avaritiam, ceteras ani-  
 mi labores repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse  
 improbiissimis dominis dedecori, ac turpitudini parere  
 desierit. Dum quidem his obediet, non modò imperator,  
 sed liber habendus omnino non erit. Praclarè enim est  
 hoc usurpatum à doctissimis, quorum autoritate non  
 uterer, si mihi apud aliquos agrestes haec habenda esset  
 oratio: cum uero apud prudentissimos loquar, quibus  
 haec inaudita non sunt, cur ergo simulem me, siquid in  
 his

bis studijs operæ posuerim, perdidisse? Dictum est igitur  
ab cruditißimis uiris, nisi sapientem, liberum esse nemi- Nemo liber, nō  
nem. Quid est enim, libertas? potestas uiuendi, ut uer- si sapiens.  
lis: Quis igitur uiuit ut uult, nisi qui recta sequitur:  
qui gaudet officio:cui uiuendi uia considerata, atq; pro-  
uisa est:qui legibus quidem non propter metum paret,  
sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maximè esse  
iudicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique  
nisi libenter, ac libere: cuius omnia consilia, resq; omnes,  
quas gerit, ab ipso proficiuntur, eodemq; fruntur:  
nec est illa res, quæ plus apud eum polleat, quam ipsius  
uoluntas, atque iudicium? Cui quidem etiam (quæ uim ha-  
bere maximam dicitur) fortuna ipsa cedit, sicut sapiens  
poëta dixit: Suis cuique fngitur moribus. Soli igitur  
hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil do-  
lens, nihil coactus. Quod etsi ita esse pluribus uerbis  
disscrendum est: illud tamen est \* breue, & confitendum  
est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Igi-  
tur omnes improbi, serui. Nec hoc tam re est, quam dictu  
inopinatum, atque mirabile. Non enim ita dicunt eos  
esse seruos, ut mancipia, quæ sunt dominorum facta, ne-  
xu, aut aliquo iure ciuili: sed si scrutatus sit, sicut est, obe-  
dientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo;  
quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique  
improbos, esse seruos? An ille ubi liber uidetur, cui mu- Vovar corredia.  
lier imperat, cui leges imponit, præscribit, iubet, uetat  
quod uidetur? qui nihil imperanti negare potest, nihil re-  
cusare uidet? Si poscit, dandum est: si uocat, ueniendum: Epiphonema,  
si ejicit, abscondendum: si minatur, extimescendum, Ego uero tentiam, quo claudit sen  
istum

Q. 4

istum

*istum non modò seruum, sed nequissimum seruum, etiam*

**Similitudo.** *si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. At-*

\* *Mirè uariant que ut in magna familia stultorum, sunt alijs lautiore*s* (ui-  
nic codices, le-*sibi uidentur*) serui, sed tamen serui Atrienses, \* ac tu:pa-  
gendū arbitror, si stultitia sunt, quos signa, quos tabule, quos calatū ar-  
serui Atrienses, sed tamen serui gentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica  
sequē ac tu.*

*nimio opere delectant. Et sumus, inquiunt, principes ci-  
uitatis. Vos uero ne seruorum quidem uestrorum prin-  
cipes estis. Sed ut in familiā, qui tractant ista, qui tergunt,  
ungunt, qui uerrunt, qui spargunt, non honestissimum lo-  
cum seruitutis tenent: sic in ciuitate, qui se istarum rerum  
cupiditatibus dediderunt, ipsius ciuitatis locum penè in-  
sumum obtinent. Magna, inquis, bella gesit: magna im-  
perijs, et prouincijs præfui. Gere igitur animum laude*

\* *Hic locus na-  
tūrā, de quo ui-  
de ea, quæ post  
Annotationes  
Erasmi adieci-  
tus.*

*dignum. \* Echionis tabula te stupidum detinet; aut signū  
aliquod Polycleti. Mitto unde sustuleris, ex q[uo]modo  
habeas: intuentem te, admirantem, clamores tollentē cùm  
uideo, seruum te esse inceptiarum omnium iudico. Non ne-*

*igitur sunt illa festiuæ? Sint: nam nos quoque oculos eru-  
ditos habemus. Sed obsecro te, ita uenusta habeantur  
ista, non ut uincula uirorum sint, sed ut oblectamenta  
puerorum. Quid enim censes? si L. Mummius aliquem  
istorum uideret matellionem Corinthium cupidissime  
tractantem, cùm ipse totam Corinthum contempisset,  
utrum illum ciuem excellentem, an Atriensem seruum  
diligentem putaret? Reuiuiscat Marcus Curius, aut eo-  
rum aliquis, quorum in villa, ac domo nihil splendidum,  
nihil ornatum fuit præter ipsos, et uideat aliquem  
als, captatē summis populi beneficijs usum, barbatulos mululos\* ex-  
ceptans*

cepitatem de piscina, & pertractantem, & murenarum Muram tam copia gloriantem: non ne hunc hominem ita seruum ius predam vocat. dicet, ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculiū nullam conditionem recusant durissimae seruitutis? Hæreditatis spes, quid iniurias in seruendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Loquitur ad uoluntatem: quicquid denunciatum sit, facit: assentatur, assidet, miratur. Quid horum est liberitas? quid denique nisi serui non inertis? Quid iam illa cupiditas (que uidetur esse liberalior) honoris, imperij, prouinciarum? quam dura est domina, quam imperiosa, quam uehemens. Cetero homini non probatissimo seruire res coegerit eos, qui sibi esse amplissimi uidebantur: munera mittere, noctu uenire domum ad eum, precari, denique supplicare. Que seruitus est, si haec libertas existimari potest? Quid est cum cupiditatum dominatus excescit, & aliis est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor? Quam est illa misera, quam dura seruitus? Adolescentibus paulo loquacioribus est seruendum: omnes qui aliquid scire uidentur, tanquam domini timentur. Iudex uero quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? An non est omnis metus seruitus? Quid ualeat igitur illa eloquentissimi uiri L. Crassi copiosa magis, quam sapientis oratio? Eripite nos ex seruitute. Que est ista seruitus, tam claro homini, tamq[ue] nobili? Omnis enim animi debilitata, & humilis, & fracta seruitus qd sic timiditas, seruitus est. Nolite sinere nos cuiquam seruire. In libertatem vindicari uult? Minime. Quid enim?

Servitos ex  
conscientia.

Adolescentes dicit, q[ue] malos cl-  
ues accusabat.

Q 3 adiun

\*Sic fortè me adiungit,\*Nisi uobis uniuersis.Dominū mutare,nō liber  
sus.Nisi uobis esse uult.Qubus & possumus,& debemus.Nos uero, si  
& possumus,& quidem animo excuso,& alto,& uirtutibus exaggerato  
debemus.Dominū muta.&c.  
sumus,nec debemus,nec possumus.Tu posse te dicio:quā  
doquidem potes:debere ne dixeris, quoniam nihil quis-  
quam debet,nisi quod est turpe nō reddere.Sed hæc hac  
redit ad Anto  
niū,& abrupte  
nus.Ille uideat quomodo imperator esse possit:cum eum  
ne liberum quidem esse,ratio,& ueritas ipsa conuincat.  
Où μόνος διόπειρα πλάνων, id est:

Quod solus sapiens diues sit.

 V A E est ista in commemoranda pecunia  
tua tam insolē ostētatio:solus'ne tu diues?  
Proh dij immortales: ego'ne me audiuisse  
aliquid,& didicisse non gaudeam? Solus'ne  
tu diues? Quid si ne diues quidem:quid si pauper etiamsi  
Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum, in  
quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta posseſſio  
est, ut ad liberaliter uiuendū facile cōtentus sit: qui nihil  
querat,nihil appetat,nihil optet amplius. Animus enim  
tuus oportet se iudicet diuitem,non hominum sermo,neq;  
posſeſſiones tuae.Qui nihil sibi deesse putat,nihil curat  
amplius,satiatus est,aut contentus etiam pecunia:conce-  
do,diues est.Sin autem propter quiditatē pecunia nullum  
quæſtum turpem putas,cum isti ordini ne honestus:qui-  
dem posset esse illus:si quotidie fraudas,decipis,poſcis,pa-  
ciscoſis,aufers,eripiſſi ſocios ſpolias,ararium expilas:si  
testamenta amicorum expectas,aut ne expectas quidem,  
at ipſe ſupponis:hæc quidem utrum abundantis,an egen-  
tis ſigna ſunt? Animus hominis diues,non arca appella-  
ri ſolet.

vi solet.. Quamuis illa sit plena,dum te inanem uidebo,  
 diuitem non putabo.Etenim ex eo, quantum cuique fax-  
 tis est,metiuntur homines diuitiarum modū. Filiam quis  
 habet pecunia est opus. Duas:maiore. Plures :maiore  
 etiam.Si,ut aiunt,Danai quinquaginta sunt filiae:tot do-  
 tes magnan querunt pecuniam. Quantum enim cuique  
 \*opus est,ad id accommodatur , ut ante dixi , diuitiarum \*al's,satis  
 modus. Qui igitur non filias plures , sed innumerabiles Conclusio.  
 cupiditatem habet , que breui tempore maximas copias  
 exhaustire possint:hunc quomodo ego appellabo diui-  
 tem,cum ipse egre se sentiat ? Multi ex te audierunt,  
 cum diceres neminem esse diuitem,nisi qui exercitum ale-  
 re posset suis fructibus: quod populus Romanus ex tan-  
 tis uectigalibus iampridem uix potest. Igitur, hoc pro-  
 posito,nunquam eris diues ante,quam tibi ex tuis posse-  
 sionibus tantum reficiatur,ut eo tueri sex legiones , et  
 magna equitum,ac peditum auxilia possis. Iam fateris  
 igitur nō esse te diuitem:cui tantum desit,ut expreas id,  
 quod exoptas.Itaque istam paupertatem,uel potius ege-  
 statem , ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulie-  
 sti. Nam ut ijs,qui honeste rem querunt mercaturis fa-  
 ciendis , operis dandis , publicis sumendis , intelligimus Declarat rem  
 opus esse questio :sic qui uidet dominum tuum pariter accu- admixta simili  
 jatorum,atq; iudicium confociatos greges,qui nocentes,  
 et pecuniosos reos eodem te autore corruptelam iudi- cuaine.  
 cijs molientes, qui tuas mercedum pactiones in patroci-  
 nijs intercisa , pecuniarum in concionibus candidato-  
 rum , dimissiones libertorum ad scenerandas , diripiens Dimissiones  
 dasq; provincias, qui expulsiones uicinorum , qui latro- diversum mul-  
 cinia bones.

cinia in agris, qui cum seruis, cum libertis, cum clientibus  
 sociates, qui possessiones uacuas, qui proscriptio-  
 nes locupletum, qui eades municipiorum, qui illam Syl-  
 lani temporis messem recordetur, qui testamenta subie-  
 sta, qui sublatos tot homines, qui deniq; omnia uenalia,  
 delectum, decretum, alienam, suam sententiam, forum, do-  
 mum, uocem, silentium, quis hunc non putet confiteri  
 sibi quæsito opus esse? Cui quæsito autem opus sit, quis  
 unquam hunc uerè dixerit diuitiem? Est enim diuinarum  
 metationem &  
 fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum,  
 atq; abundantia: quam tu quoniam nunquam assequere,  
 nunquam omnino es futurus diues. Meam autem quo-  
 niam pecuniam contemnis, et rectè, est enim ad uulgi  
 opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica:  
 de me silebo, de te loquar. Si censenda nobis, atque aesti-  
 manda res sit, utrum tandem pluris aestimabimus pecu-  
 niā Pyrrhi, quam Fabritio dabat, an continentiam Fa-  
 britij, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum  
 Samnitum: an respōsum M. Curij: hereditatem L. Pau-  
 li, an libertatem Africani, qui eius hereditatis Q. Ma-  
 ximo fratri partem suam concepsit? Hæc projectio, que  
 ex quo conclu-  
 dit, sunt summarum uirtutum, pluris aestimanda sunt,  
 quam illa, que sunt pecuniae membra. Quis igitur (si  
 quidem ut quisque quod plurimi sit possideat, ita diutissi-  
 mus habendus sit) dubitet, quin in uirtute diuitiae sint?  
 quoniam nulla possessio, nulla uis auri, et argenti plu-  
 ris, quam uirtus, aestimanda est. O' dij immortales, non in-  
 telligunt homines, quam magnum uectigal sit parsimo-  
 nia. Venio enim iam ad sumptuosos: relinquo istum  
 quæstuo

quas tuos sum. Capit ille ex suis prædijs sexcenta fæstertia, ego centena ex meis: illi aurata tecta in uillis, & sola mar morea. Ea facienti, & signa, tibulas, suppelæctilem, & uestem infinitè concupiscenti, non modò ad fructum ille est sumptuus, sed etiam ad scenus exiguum: ex meo tenui uelutigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Vter igitur est diuior, cui decet, an cui Conclusio per r conditionem.  
superat? qui eget, an qui abundat? cuius possesio quod est maior, eò plus requirit ad se tuendam. an quæ suis se uiribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum, ac temporum uitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius seculi errore uerter? M. Manlius patrum nostrorum memoria (ne semper Curios, & \*Luscinos loqua= \*al's, Lici mur) pauper tandem fuit: habuit enim ediculas in Cari- nios nis, & fundum in \*Licopo: nos igitur diiores sumus, \*al's, Labia qui plura habemus? Utinam quidcm essemus. Sed non cano estimatione census, uerùm uictu, atque cultu terminatur pecuniae modus. Non esse cupidum pecuniae, non esse emacem, uelutigal est: contentum uero suis rebus esse, maxime sunt, certissimeq; diuitiae. Etenim si isti callidi rerum estimatores prata, & areas quasdam magno esti- mant, quod ei generi possessionum minimè quasi noce- ri potest: quanti est estimanda uirtus, que nec eripi, nec Nota uirtutis surripi potest unquam: nec naufragio, neque incendio potentiam. amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatio- ne mutatur? qua prædicti qui sunt: soli sunt diuites. Soli enim possident res & fructuosas, & sempiternas: soliq; (quod est proprium diuinarum) contenti sunt rebus suis: satis esse putant quod est: nihil appetunt, nulla re egent

egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem, et auari, quoniam incertas, atque in casu positas possessiones habent, et plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis: non modò non copiosi, ac diuites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.

M. TVL. CICERONIS  
PARADOXORVM  
FINIS.

# M· T V L · C I

C E R O N I S D E S O M N I O

Scipionis, ex libro de rep. sexto.



V' Min Africam uenisssem, Anitio C. l.  
Manilio consule, ad quartam le-  
gionem tribunus (ut scitis) militū,  
nihil nubi potius fuit, quam ut Ma-  
sinissam conuenirem, regem fami-  
liae nostræ iustis de causis amicissi-  
mum. Ad quem ut ueni, complexus  
me senex collachrymauit, aliquantoq; post suspexit in  
coelum, et Grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; re-  
liquis coelites, quod anti quā ex hac uita migro, conspi-  
cio in meo regno, et his teclis P. Cornelium Scipionem,  
cuius ego nomine ipso recreor: ita nunquam ex animo  
meo discedit illius optimi, atq; inuictissimi uiri memoria.  
Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra repub.  
percontatus est: multisq; uerbis ultro, citroq; habitis, ille  
nobis consumptus est dies. Post autē regio apparatu acce-  
pti, sermonem in multam noctem produximus, cum senex  
nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq; eius nō solum  
facta, sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitū disces-  
simus, me et fessum de uia, et qui ad multā nocte uigilas-  
sem, arctior, quam solebat, somnus cōplexus est. Hic mihi,  
credo equidē ex hoc, qd eramus locuti (sit enim ferè ut  
cogitationes, sermonesq; nostri pariāt aliqd in somno tale,  
quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sepiissi-

me ui

me uigilans solebat cogitare et loqui) Africanus se often  
dit illa forma, qua mihi ex imagine eius, quam ex ipso  
erat notior. Quem ut agnoui, equidem cohorri. Sed ille  
ades, inquit, animo, et omittit timorem Scipio, et que di  
cam trade memoriae. [Vides ne illam urbem, quae parere  
populo Ro. coacta per me renouat pristina bella, nec pos-  
test quiescere? Costendebat autem Carthaginem de excel-  
so, et pleno stellarum illustri, et claro quodam loco) ad  
quam tu oppugnandam nunc uenis pene miles: hanc hoc  
biennio c o s. euertes, eritque cognomē id tibi per te para-  
tum, quod habes ex nobis adhuc hereditarium. Cum autē  
Carthaginem deleueris, triumphū egeris, c e n s. q; sue-  
ris, et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Gre-  
ciam, delegere iterum absens c o s. bellumq; maximum  
conficies, Numantiamq; excides. Sed cum eris curru Ca-  
pitoliū inuestus, offendes rempub. perturbatam confi-  
lijs nepotis mei. Hic tu Africane ostendas oportebit pa-  
triae lumen animi, ingenij, consilijq; tui. Sed eius temporis  
anticitem video quasi fatorum uiam. Nam cum etas tua  
septenos osties solis anfractus, reditusq; conuerterit,  
duoq; hi numeri (quorum uterq; plenus, alter altera de  
causa habetur) circuitu naturali summā tibi fatalem con-  
fecrunt, in te unum, atque tuum nomen se tota conuertet  
ciuitas. Te senatus, te omnes boni, te socij, te Latini in-  
tuebuntur. Tu eris unus, in quo nitatur ciuitatis salus.  
Ac ne multa, D I C T. rempub. constitutas oportet, si im-  
pias propinquorum manus effugeris. Hic cum exclau-  
masset Lelius, ingenuissentq; ceteri uehementius, leni-  
ter arridens Scipio, Queso, inquit, ne me à somno excite-  
tis, et

tis, et pax sit rebus: audite cætera. Sed quò sis Africane  
 alacrior ad tutandam remp. sic habeto, Omnibus, qui pa= | C. 3.  
 triam cōsernauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in  
 cœlo, ac definitū locum, ubi beati euo sempiterno fruan= tur. Nihil est enim illi principi Deo, qui omnē hunc mun= dum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam  
 concilia, cœtusq; hominum iure sociati, que ciuitates ap= pellantur. Harum rectores, et conseruatores hinc profe= diti, huc reuertentur. Hic ego, et si eram perterritus non  
 tam metu mortis, quam insidiarum à meis, quæsiui tamen  
 uiueret ne ipse, et pater Paulus, et alij, quos nos extin= etos arbitrarenur. Imò uero, inquit, ij uiuūt, qui ex cor= porum uinculis tanquam è carcere euolauerunt. Vestra  
uero, que dicitur uita, mors est. Quin tu afficias ad te ue  
 nientem patrem Paulum. Quem ut uidi, equidem uim la= chrymarum profudi. Ille autem me amplexus, atq; oscula= lans flere prohibebat. Atq; ego ut primum fletu repre= fo loqui posse coepi, Quæso, inquam, pater sanctissime,  
 atq; optime, quoniam hac est uita(ut Africanu audio di= cere) quid moror in terris? quin hic ad uos uenire pro= pero? Nō est ita, inquit ille. Nisi enim Deus is, cuius hoc  
 templum est omne, quod confpicis, istis te corporis custo= dijs liberauerit, hic tibi aditus patere non potest. Homi= nes enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum glo= bum, quem in hoc templo medium uides, que terra di= citur. Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus,  
 que sydera, et stellas uocatis, que globosæ, et rotun= de diuinis animatae mentibus circulos suos, orbesq; con= ficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi Publi, et pijs

R omni

N.B. omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille est uobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse uideamini. Sed sic, Scipio, ut auus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole, et pietatem: quæ cùm sit magna in parentibus, et propinquis, tum in patria maxima est: quia ea uita, uia est in cœlum, et in hunc cœtū eorum, qui iam uixerunt, et corpore laxati illum incolunt locum, quem uides (erat autem is splendidissimo candore inter flamas elucens circulus) quē uos (ut à Graijs acceptis) orbem lacteū nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti præclara cætera, et mirabilia uidebātur. Erat autem cæstelle, quas nunquam ex hoc loco uidimus: et cæ magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus. Ex quibus erat illa minima, quæ ultima cœlo, citi ma terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terra magnitudinē facile uincebant. Iam uero ipsa terra ita mihi parua uisa est, ut me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pœniteret. Quam cū magis intuerer, Quæso, inquit Africanus, quousq; humi defixa tua mens erit? Num né afficis quæ in templo ueneris? Nō uem tibi orbibus, uel potius globis connexa sunt omnia, quorum unus est ecclesiæ extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus arcens, et continens cæteros: in quo infixi sunt illi, qui uoluntur stellarum eurus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui uersantur retro, cōtrario motu atq; cœlum. Ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominat. Deinde est hominum generi prosper, et salutaris ille fulgor, qui dicitur

C. 4.

dicitur Iouis. Tum rutilus, horribilisq; terris, quem Martem dicitis. Deinde subter mediā ferè regionem Sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & cōpleteat. Hunc ut comites consequuntur alter Veneris, alter Mercurij cursus. In infimoq; orbe luna radijs solis accensa conuertitur. Infra autem iam nihil est nisi mortale, & caducum, prater annos generi hominum deorum munere datos. Supralunam sunt eterna omnia. Nam ea, quæ est media, & nona tellus, neq; mouetur, & infima est, & in eam feruntur omnia suo \* motu pondera. Que cum intuerer stupens, \* als, nutu | C. s. ut me recepi, Quis hic, inquit, quis est, qui complet aures meas tantus, & tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui interuallis cōiunctus-imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum orbium conficitur: qui acuta cum grauibus temperans, uarios æquabiliter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitri possunt, & natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autē acutē sonent. Quam ob causam sumimus ille coeli stellifri cursus, cuius cōuersio est concitior, acuto, & excitato mouetur sono, grauissimo autē hic lunaris, atq; infimus. Nam terra nona immobilis manens, ima sede semper heret, cōplexa mediū mundi locū. Illi autem octo cursus, in quibus eadem uis est duorum, Mercurij, & Veneris, \* modorū septē efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rerū omnū ferè nodus est. \*Hic locus tratiuide in auct. notationibus.

Quod docti homines nervis imitati, atq; cātibus, aperuesi b̄i redditum ad hunc locum: sicut alij, qui præstantibus

R & ingen

ingenij in uita humana diuina studia coluerunt. Hoc so-  
nitu oppletæ aures obsurduerunt, nec est ullus hebetior

Catadupa. sensus in uobis: sicut in illis, ubi Nilus ad illa, quæ cata-  
dupa norinantur, præcipitat ex altissimis montibus: ea  
gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem so-  
nitus sensu audiendi caret. Hic uero tantus est totius mun-  
di incitatissima conuersione sonitus, ut eum aures homi-  
num capere non possint: sicut intueri solem nequitis ad-  
uersum, eiusq; radijs acies uestra, sensusq; uincitur. Hæc

C. 6. ego admirans, refrebatam tamen oculos ad terram identi-  
dem. Tum Africanus, Sentio, inquit, te sedem etiam nunc  
hominum contemplari, ac domum: quæ si tibi parua (ut  
est) ita uidetur, hec coelestia semper spectato, illa huma-  
na contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis ho-  
minum, aut quam expetendam gloriam consequi potes?

Vides habitari in terra raris, et angustis in locis, et in  
ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines in-  
terioribus. Hosq; qui incolunt terrā, nō modò interruptos  
ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare pos-  
transuersos sit, sed partim obliquos, partim uersos, partim etiā ad-  
uersos stare uobis, à quibus spectare gloriā certè nullam  
potestis. Cernis autē terram eandem, quasi quibusdā re-  
dimitam, et circundatā cingulis, è quibus duos maximè  
inter se diuersos, et cœli uerticibus ipsis ex utraq; parte  
subnixos obriguisse pruina uides: medium autem illum,  
et maximum solis ardore torrei. Duo sunt habitabiles,  
quorum australis ille: in quo qui infistunt, aduersa uobis  
urgent uestigia: nihil ad uestrum genus. Hic autem alter  
subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quād uos tenui  
parte

parte contingat. Omnis enim terra, quæ colitur à uobis,  
angustata uerticibus, lateribus latior, parua quadam in=  
sula est, circunfusa illo mari, quod Atlanticum, quod ma=  
gnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tamen  
tanto nomine, quām sit parvus, uides. Ex his ipsis cultis,  
notisq; terris, num aut tuum, aut cuiusquam nostrum no  
men uel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere po=  
tuit, uel illum Gangem transnare? Quis in reliquis orien  
tis, aut obēutis solis ultimis, aut Aquilonis, Austr'ue par  
tibus tuum nōmē audiet? Quibus amputatis, cernis pro=  
fectò quantis in angustijs uestra gloria se dilatari uelit.  
Ipsi autem qui de uobis loquuntur, quām loquentur diu?  
Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum C. 7.  
deinceps laudes uniuscuiusq; nostrū à patribus acceptas  
postoris prodere, tamen propter eluisiones, exustionesq;  
terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non  
modò non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam  
asse qui possumus. Quid autem interest ab ijs, qui postea  
nascentur, sermonem fore de te, cùm ab his nullus fuerit,  
qui ante nati sunt, qui nec pauciores, & certè meliores  
fuerunt uiri: cùm præsertim apud eos ipsis, à quibus no  
men nostrum potest audiri, nemo unius anni memoriam  
consequi possit. Homines enim populariter annum tan=  
tummodo solis, id est, unius astri redditū metiuntur: re ipsa  
autē cùm ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra  
redierint, eandemq; totius cœli descriptionē longis inter  
uallis retulerint, tum ille uerè uertens annus appellari po Annos uertentes  
